Ruina interitus caſus incendium.
Ruit patientis ē & facientis : & tria ſignificat ideſt cadit deiicit aut feſtinat.
Rumam ueteres mămă dixerunt.
Ruma eminens pars gutturis:qua potatur.
Rumen proximum eſt gurguliōi quo cibus & potio deuoratur:unde beſtiæ ruminare dicuntur.
Rūbus figura eq latera:ſed non rectiangula
Ruminat remandit reguſtat.
Rumino & ruminor idē ſignificabat antiquitus.
Ruminatio dicta a ruma eminente gutturis parte per quam dimiſſus cibus a quibuſdam : & certis animalibus reuocatur.
Rumigerulus rumoris iuuētor:famā renūcians.
Rumor fama opinio:aura popularis:audicio.
Rumpit diuellit ſeparat.
Rumpo pis rupi ruptus facit.
Runa pugna.
Runata pugnata.
Runcare a terra hærbas diu innatas uel arbores e uellere:Nam rus terra:unde runcatio.
Runcare extirpare.
Runcinam pagani deam præfecerunt . cū ſegetes runcantur ideſt a terra euelluntur: ſicut florentibus floram.Runcare a rure aliquid innatū occare ideſt extirpare:unde etiam runcinare.
Runcina remota rura.
Runcones ſūt qb' uepres ſecant a runcando dicti. hi & falcaſtria a ſimilitudine falcis dicuntur.
Runcina inſtrumentum fabrorum.
Ruo actiuum.Ruor paſſiuum: abſolute quoq; per ſe ponitur:ut ruo pro cado.Ruo ruis rutum corripit penultimam:ut erutus uel ruitus.
Nam ruiturus participium facit futurū & uidentur per ſyncopam fieri erutus eruitus . Ruo ruis ruina ruinoſus Cōponit obruo eruo:unde erūna ,pruo:irruo:ſubruo:diruo corruo.
Rupes lapis præruptus:ſaxum exaſperatum a rupi preterito deriuatur.
Rura antiqui incultos agros dicebant ideſt ſyluas & paſcua:agrum uero qui colebat: Nā rus ē:quo mel:lac uel pecus haberi poteſt:unđ & ruſtici nominantur.hæc agreſtium prima & otioſa felicitas prædia agri.
Rurigena rure natus uel habitans.
Rurſum iterū.denuo:rurſus deintegro.
Rus ruris componit ruſticus a.um.Ruſticiter ruſticanus:ruricola rurigena.
Ruſata ueſtis quam greci fœniceam uocant , nos coccinum reperta a lacedemoniis ad celādum colorem ſimilitudine ſanguinis quotiens quis uulneratus in contemplanti aduerſario animus augeſceret:hac ſub conſulibus romani uſi ſunt milites:unde etiam ruſati uocabantur:Solebant etiā preponi dimicantibus.
Ruſante pallio roſeo pallio.
Ruſeus ſordidus.
Ruſina ruti præpoſita.
Ruſino ruſinonis urbs hiſpaniæ.
Ruſcus fruticis genus ſpinoſum uel ut alii dicunt hærbæ aſperæ:alii lignum foliis ſpinoſum.
Ruſcus genus uirgulti:unde uites ligant.
Ruſci arbores dure aſpera uirgulta.
Ruſticus operarius uel incultus. Ruſticus dictus quod rus tenendo cuſtodiat ideſt terrā operetur
Ruſticanus uero pater familias.
Ruſticitas eſt morum.
Ruſticatio eſt opis cultura terræ.
Ruth interpretatur feſtinans:alienigena gentilis erat:& feſtinauit ire in terram Iſrael cū Socru ſua: ex huius nomine liber ruth dicitur ruth interpretatur uidens uel deficiens.
Ruta dicta.quod ſit feruentiſſima huius duo ſunt genera.hortenſis quæ nec nimium uirtutis calidæ omnia uenena expellit:& cum uino potata tortiones uentris tollit.Alia agreſtis quam greci peganon nocant.quæ calida eſt hærba.
Ruteni flaui ideſt flandrenſes populi.
Rutilum rubicundū.fulgidum clarum coruſcum.
Rutilat fulget.rutilo fulgore micat.
Rutuli gens italæ:gens eſt rutila.
Rutuba fluuius Italiæ.
Rutupinum urbs britannie.
Rutupis ciuitas britāniæ ſupra mare.

S Littera ſue cuiuſdā poteſtatis eſt:que in metro plerunq; uim cōſonātis perdit:qđ qras ī priſ. Saba Arabia uocatur:regio quæ nunc Sabæa.Saba prouincia eſt interpretat captiuitas ſiue cōuerſio. Saba filius rēma:Saba filius chus nepos cham a quo gēti & appellati ſūt ſabæi.
Sabana a filio ſabachus.
Sabanum græce dicitur.iuxta ſyriam & arabiā eſt.
Sabei interpretantur captiuati:uel quaſi demones gens orientalis.
Sabei dicti a quod eſt ſupplicare & uenerari:quia diuinitatem per ipſorum thura ueneramur: que ibi colliguntur: Ipſi enī ſunt & arabes:quia in monte arabie ſunt qui dicitur libanus & ante libanum.
Sabac ſyrorum lingua februarius menſis.
Sabarim interpretatur circuire montes.
Sabaoth nomen domini apud hebræos:quod latine uertitur exercituum uel uirtutum.Sunt enī huius mundi ordinatione multe uirtutes:ut principatus & angeli & cæteræ:quarum tamen ille ē dominus .
Sabatheni qui nunc caſtaberi dicuntur orti ſunt a Sabaa filio chus.
Sabbatum ſeptimus a dominico die quē gētiles Saturno dedicauerūt:& Saturnum nominauerūt.
Sabbatum autem dictum priori iſraelitico populo in otio celebrarī :ut figura eſſet in requie unde ex hebræo in latinum interpretatur requies eo : qđ dominus in eo requieuiſſet ab omnibus operib' ſuis.Siquidem & eo die requieuit dominus in ſepulchro:ut quietis illius myſterium confirmaret

quod iudæis obſeruandum in umbra futuri ꝑce
ceptum erat.Sed poſtquam in ſepultura eius adi
pleuit figuram:obſeruatio quieuit

Sabbatizat ſabbatum colit.

Sabbaoth in zacharia ianuarius menſis

Sabe apud hebræos & ſeptem dicitur & iuramētū
ita appellatur

Sabelli gens italiæ.

Sabini aut marſi.

Sabellicus ſabinus.

Sabelliani hæretici a manocto quodam pullulaſ
ſe dicuntur:cuius diſcipulum perhibent fuiſſe ſa
bellium a quo dicuntur:hi unam perſonā patris
filii & ſpiritus ſancti adſtuunt:hi ſunt & patripaſ
ſiani:qui patrem paſſum'dicunt.

Sabeth nomen uirgulti hebraicum:de quo in ge
neſi Ecce aries poſt tergum eius tenebatur i uir
gulto ſabeth cornibus.

Sabrina & ſabrateria nauis.

Sabraternus naual'.ſabina genus ligni quæ a græ
cis brachios dicitur.

Sabini a ſabino dicti ſicut itali ab italo:frēs fuerūt.

Sabinus lapis fuſcus eſt:& quidam uiriolis lapis.

Sabrum:aſperum uel nodoſum.

Sabucus mollis:& pua arbor.

Sabulum leuiſſimū terre genus harena:

Saburra onus quo uacuæ naues ſtabiliuntur:terra
grauis Saburra platea eſt romæ famoſiſſima.

Saccus & ſacculus marſupium fiſcus:quo condūt'
neceſſaria.

Saccatum liquor eſt aquæ fæce uini admixtus &
ſacco expreſſus:unde & dicitur.

Sacellum templum modicum diminutiuum a Sa
cro deorum agreſtium locus.

Sacer ſacrior ſacellum.

Sacro as unde execro obſecro:execrabiliter execra
tio a ſacro as ſacramentum uel conponit' a Sacro
nomine ſacrifico: Sacer dicitur Sacratus & uene
randus & execrandus.

Sacerdotes dicti:quod ſacrum dant cultibus diui
nis ideſt ſacrificium.Eſt uero cōpoſitum ex greco
& latino quaſi ſacrum dans.hi apud gentiles fla
mines dicebantur.Initium autem ſacerdocii pri
mus aharon fuit:hic enim in lege ſacerdotale no
men prius accipit qui iubente domino uicti-
mas obtulit:In nouo autem teſtamēto ſacerdota
lis ordo poſt chriſtum a petro cœpit.Ipſi enim pri
mum datus eſt pontificatus in chriſti eccleſia.

Sacerdotales ueſtes:quid ſignificent dicamus.

Sandalia amictus ephos cintorium ſaccinctorium
orarium:tunica palmatica planeta pallium achuſ
mitra:manipulus chriſti diſcipuli ſandaliis calcia
ti pedes:in præparatione euangelii pacis a domi
no miſſi ſunt:ut ſuper ſerpentes & ſcorpiones cal
care poſſent Inſtantiam igitur predicationis ſan
dalia ſignificat.Non enim ſunt honoris ſed labo
ris non ad quieſcendum ſed ad iter agendum.
Amictus autem & ephod & cætera molumēta ſa
cerdotalia:quæ ex ligno conficiuntur: pœne ea-
dem:ſignificant utriuſq; hominis caſtitatem:que
& puritatem:quæ præceteris candida ſūt: frequē
tiuſque abluuntur.Eſt amictus quidem precandi
dus:quo collum ſtrigitur:pectus tegitur.Interio
ris hominis caſtitatem & mundiciam deſignat:
Tegit enim cor:ne cogitet uanitates:ſtringit col
lum ne inde ad linguam exeat mendacium:his
enim duobus ideſt cogitationibus & mendatio
corrumpitur anima:his amittit caſtitatem & inci
pit fornicari.Quæ enim de corde exeūt.ut ait do
minus:ħ conquināt hominem.Eloquia uero do
mini caſta eſſe debent Similiter autem p ephod
caſtitas corporis deſignatur:quod in renibus q
dem cinctorio ſtringitur:quia ibi maxime luxu
ria dominatur.Ab hoc autem cingulo ſiue cincto
rio duplex cinctorium pendet:quia duo ſunt qui
bus caſtitas conſeruatur & roboratur ideſt oratio
& ieiunium: hoc enim genus ideſt luxuria ut
ait dominus non eiicietur niſi in oratione & ie
iunio.Orarium iugum & onus ſimul ſignificat iu
gum ſacerdotibus.onus diaconibus:unde ſacer
dotib' circa collū:diacōib' ſup hūeros ponit' ut.n.
collo iugū:ſic hūeris onera ferūt:Boues igit' ſacer
dotes:aſini leuitas in leuitico ſignificant uocatur
autem orarium:quia quāuis cum aliis indumen
tis ſacerdotalibus & baptizare & conſignare &
alia multa orando liceat facere.ſine orario tamen
niſi magna neceſſitate:nihil horum agere licet.
Tunica autem in ueteri teſtamento ſolummodo
iacynthina erat:qui cœli eſt color.Angelicam igit'
uitam & cæleſtem conuerſationem deſignat.ſi āt
alterius coloris tunica fuerit:fit etiam alterius ſi
gnificationis.Palmatica uero ad ornatum magis
quā ad ſignificationem uidetur pertinere quæ et
poſt alia indumēta ſacerdotalia inuenta ſit.Fibrie
tamen quæ in palmaticis a ſiniſtro latere pendēt
huius uitæ īpedimenta ſuperfluitates & ſollicitu
dines ſignificare poteſt:quæ quoniam in altera
uita non ſunt:nec fimbriæ in dextro latere ponū
tur ſiniſtra nanq; præſentem dextera uero futu
ram uitam deſignat.Qui ergo palmatica induit'
utriuſq; recordatus meliorem eligat:quæ ſine ī-
pedimēto eſt.Planeta quæ & caſula uocatur cari
tatem ſignificat.hæc enim ſuperior cætera intra
ſe claudit ſicut caritas legis & prophetarum man
data omnia intra ſe continet. Pallium uero ſup
humerale & ratiōale ſimul utrumq; ſignificat qa
enim ſuper utrunq; pontificis humerum iacet ſu
perhumerale dicitur. Quia uero deſcendēs in ip
ſo pontificis pectore iungitur racionale uocatur
habebat enim aharon ſupehumerale & rationa
le quæ cathænulis aureis ſuperiungebantur.Su
perhumerale quidem.ab humero uſquæ ad ho
merum extendebatur.Rationale uero quadran
gulum erat & duplex.ſicut & pallium eſt ha-
bebat autem menſuram palmi: tam in longum
quam in latum: quæ menſura pontificis pecto
ri ornando uel operiendo ſufficeret:habet igitur
pallium eandem ſignificationem ſuperhumera-
le & rationale q̈uis eandem non habeāt compo
ſitionem.Superhumerale igitur:quo humeri or
natura epiſcopi onus epiſcopalis dignitatis ſigni
ficat.iſti enim hūeri totius eccleſiæ onera & oues

languidas populiq; peccata ferre debent. Suphu
merale itaq; non habent epiſcopi:qui aliorũ one
ra ferre recuſant Rationale uero ſuper pectus po
nitur pontificis ad cordis theſaurum: & ſapiẽtiæ
ſecretum cuſtodieñ.ubi enim rationale eſt:ibi de
bet eſſe ratio ſapientiæ & ſcientia quod ipſo no/
mine & loco ſignificat.Sacramenta hæc ſunt:quæ
in eccleſia geruntur.Baptiſmus: chriſma corpus
& ſanguis chriſti:quæ ob hoc ſacramenta uocan
tur:quia ſub eorum uiſibili ſpecie uirtutes ſacra/
mentorum inuiſibiliter percipiuntur. Nam ſicut
hic uiſibilis panis uniuſcuiuſq; ſubſtantiam exte
riorem nutrit inebrians corpus.Ita uerbum dei
qui eſt panis uiuus participatione ſui fidelium re
creat mentes ſpũs ſanctus in eis manens ea ope
ratur unde ſiue per bonos ſiue per malos mini/
ſtros intra dei eccleſiam diſpenſetur.tamen quia
ſpiritus ſanctus myſtice illa uiuificat:nec bonorũ
meritis diſpenſatorum amplificantur.'hæc dona
nec malorum attenuantur:quia neq; qui plantat
eſt aliquid:neq; qui rigat:ſed qui incrementum
dat deus:unde & græce myſterium dicitur:quod
ſecretam & reconditam habeat diſpoſitionem.Sa
cramentum eſt in quo poſt electiõem iurat unuſ
quiſq; miles ſe non redire a militia niſi poſt com
pleta ſtipendia ideſt militiæ tempora: & hi ſunt
qui habent plenam militiam:Nam.xxy.annis te
nentur.

Sacrarium ẽ in quo ſacra reponuntur ab inferen/
dis & deportandis ſacris dictum.

Sacra ſacrificia ſancta religio.

Sacrata deo dicata.Sacra fames execranda cupido.

Sacrat dedicat: conſecrat ſanctificat immolat libat
mactat.

Sacrum uocamus:quod ad deum pertinet.religio
ſum quod ad homines iuſtos.Sanctum uero qđ
ad aliquid ſancitur:quoq; uiolato pœna cõmitti
tur.Sacrum autem & ſanctum eſt ſanctum uero
non continuo ſacrum.item ſanctum ſemper ĩ bo
na parte ponitur. Sacrum uero duo ſignificat bo
num & malum.

Sacrificium eſt uictima & quæcunq; in ara creman
tur ſeu ponuntur.Omne autem quod deo datur
aut dedicatur aut conſecratur. Sacrificium dictũ
quaſi ſacrum factum:quia preceptum eſt & myſti
ce conſecratum in memoriam dominice paſſiõis
unde hoc eo iubente corpus criſti & ſanguinem
dicimus.Quod dimiſit ex frugibus terræ ſancti
ficatur:& fit ſacramentum operante inuiſibiliter
ſpiritu dei.panis enim quem frangimus corpus
xp̃i eſt:qui dixit ego ſum:panis uinum autem ſã
guis eiuſdem: unde ſcriptum eſt:Ego ſum uitis
uera:cuius panis:& calicis ſacramentum græci eu
khariſtiam dicunt:quod latine bona gratia inter
pretatur.Et quid melius corpore & ſanguine xp̃i
hoc fit a nobis:quod pro nobis ipſe dominus.
fecit.

Sacrificium & hoſtia hoc differunt apud ueteres:
quod ſacrificium ſpontanea oblatio erat: hoſtia
uero que deuictis hoſtibus in molabatur:hæc &
uictima dicebatur:alii dicunt ab ictu.

Sacrilegium proprie eſt ſacrarũ rerum furtum po
ſtea & Idolorum cultui hæſit hoc nomẽ.

Sacrilegus qui ſacra legit ideſt furat᷑:uł qui cultũ
ueri dei furat᷑ Idolis tribuẽdo.

Saccus a ſago dicitur quod eo conſuco conſi iatur
quaſi ſagus.

Sadai nomen dei hebræum eſt:quod interpretat᷑
omnipotens.

Sadacha hebraice iuſticia.

Sade interpretatur tenſio.

Sade interpretatur collatio:conſolatio

Sade ſtellæ.

Sadipſos hærba dicta:qđ ſæmen ſedat.

Sadoth interpretatur iuſtus ſiue iuſtificans.

Saducei interpretantur iuſtificati uendicant enim
ſibi qđ non ſunt:corporis reſurrectionem negãt
& animam interire cum corpore dicunt:Quinq;
tm̃ legis libros recipiunt:ꝓphetas reſpuunt.

Sapharium atrium templi.

Saphazie interpretatur iudicat deus.

Sapphicum metrum Sappho mulier inuenit: un/
de & dicit᷑.Eſt autem pentametrum. conſtat ex
trocheo & ſpondeo:dactylo & duobus trocheis
ſiue ſpondeo ut eſt illud chriſte lux mundi ſalus
& poteſtas huic adduntur cimiſtroici uerſus ut ſy
dere pinguis.

Sapphirus lapis eſt ætherei coloris.

Saphirus producit penultimã. corripit apđ alios.

Saphirus ceruleus eſt cum purpura ſerui cœli ſimi
lis:ſolis radiis repercuſſus ardentem fulgorem
emittit.

Saphirus habet ſpeciem cœleſti throno ſiłem deſi
gnat cor ſimplicium.ſpem certam præſtolantium
quorum uita operibus & moribus delectatur al
tiſſimus.

Saphirus interpretatur ſpecioſus egregius.

Saphon funis in ꝓra nauis impoſitus

Saga tegumenta cilicina & exteriora uel malefica.
hæc ſaga & hoc ſagium ueſtimentum.

Sagas uero maleficas dicit horatius.

Sagana genus gumi uel ueſtis uel malefica ſagina.

Sagana uel ſaga idem ſignificabat generis fœmini
ni ut etiam uult priſc.

Saga gemma praſini coloris apud chaldæos:cuiuſ
tanta uis eſt:ut naues e profundo pateat & ita he
reat ut niſi raſa parte ligni uix ſeparetur. Sagda
gemma:quæ nauibus coheret.

Sagax acutus peritus:aſtutus:priſcus futurorum
prouidus uelox a ſagio gis.

Sagacitas aſtutia:uelocitas.

Sagene retia uulgo euerclum dicitur.

Sagena rete.Sagenula pro naui ponitur.

Sagio ſagis:ingenioſe ago unde ſagas ſagacitas.

Sagina pinguedo craſſitudo.

Saginatus fit craſſus.

Saginati impinguat nutrit craſſũ facit.

Sagitta a ſagaci ideſt ueloci iactu dictã eſt inde ſa/
gitto as.Sagittam ruſtici uocant nouiſſimam par
tem ſarculi in ſarmento:qa longius receſſit a ma
tre & quaſi proſiliuit uel quia tenuitate teli ſpeci/
em preferat.

Sagittifer:qui fert ſagittas.
Sagitte ſignificant apoſtolos:Sagitte ſignificant ali quando uerba predicationis:aliquando animad uerſionis ſententias.
Sagittarius nonū ſignū:quē ferūt fuiſſe cētaurū.i. hominē equo mixtū:& poſt mortē iter aſtra loca tū.cui etiā ſagittā & arcū adiūgūt:ut ex eo menſis ipſius fulmina demonſtrentur. Ante pedes hu ius quædam corona iacet. Quidam dicunt cro tum eufinū cū muſis moratū fuiſſe.
Sagina quæ corrupte ſalina dicitur aſtrat⁹ ſagorū nuncupatur:unde & caballus ſaginarius dicitur.
Sagina hebraice græce & latine ſella onus ſarcina.
Sagmen quaſi ſancimen genus,hærbæ:quæ a græ cis gerabotane dicitur.
Sagulum ſtragulum uel coopertorium.
Sagum gallicum nomen eſt:dictum autem ſagū quadrum:eo quod eos primum quadratum & quadruplex eſſet.
Sagum ſaccum diplois pallium uirgatum.
Saguntum ciuitas hiſpaniæ fida romanis:hāc græ ci ex inſula iacyntho profecti condiderunt.
Sagūtum pro dicimus.
Sach hebraice ſpinæ dicuntur.
Sal quidam putant dictum quod ī ignem iactum exiliat:fugit.n.ignem cui cōtraria ſemper aqua. Alii ſal ex ſalo & ſole dictum putant.nam ſole de coquitur.fit autem ex aquis marinis uel fluminiſ uel lacus uel putei:a quibus hauriat̄.Sunt & mō tes natiui ſal̄ ita ut ferro cædatur ſal.Sal pro als græco hic ſal & hoc ſal ſalis.
Salacia dea paganorum quaſi maritima dicitur in ferioris maris.
Salamandra ſerpens quæ in ignibus uiuit.
Salamalach ſyriace latine aue dicitur:uox eſt ſaluta tionis. Salamalach hebraice uel ſyriace aue.Sala malach uero pax tecum.
Salamandra dicta:quod contra incendia ualeat: hæc ſi arbori irrepſerit:omnia poma uenenat:& non ſolum non uritur incendio ſed extinguit: hæc dicitur ſtellio.
Salago genus herbe.
Salamin interpretat̄ pacifici.
Salaminiæ duæ ſunt ciuitates in græcia:quarum poſtrema teucer rediens troiam ædificauit.
Salarus pecuniis deditus.
Salaria diaria:cottidiano cibaria.
Salambo genus monſtri.
Salachiel interpretatur miſſus a deo uel petitio mea deus.
Sale filius iectan:a quo bactrii orti putantur.
Salabra uia inæqualis lapidoſa loca lutoſa.
Salebroſus aſper ſale conditus: ſapiens ordinatus temperatus.
Salertus ſalutus locus in quo ſalices ſunt.
Sale interpretatur pax.
Salentinum promontorium italiæ.
Sales urbanitas iocularitas uenuſtas.
Sales pluraliter facetiæ eloquentiæ.ſalutationes ſi gnificant.

Salernum ciuitas lucaniæ ā ſalis copia dicta.
Salices uirgulti genus:dicte quod cito ſaliāt ideſt creſcant.
Salignum de ſalice aliquid factum: Salictum uir/ gulti genus.
Salicta ſalices ħ ſalix nihil ſeminis habere uidetur habet tamen in foliis granum:quo cōmiſſo ter\ re tanq̄ de ſurculo arbuſta conſurgunt.
Salii martis ſacerdotes dicebantur:quia cum exili tione circa aram illius incedebant.
Salinum uas aptum ſalibus:ideſt ſalitia q̄ſi ſaltica.
Salinum uas in quo ſal offerebatur cum primitiis
Salina loca in qbus ſal inuenitur.
Salinator q ſalem facit.
Saliſa proprium terre:qđ ſit ſalſa:
Saliſatores dicti:quia dum membrorum ſuorum quecunq; pars ſalierit:aliquid triſte uel aſperum ſignificare dicunt
Saliua ex capite in os labitur:ab ore in uentrem ie iunii hominis ſaliuā ſi ſerpens guſtauerit:morit̄
Saluinca herba ſalſa.
Saliuncula herba medicinalis habens ſpicas miri odoris creſcit in montibus.
Saluinca uirgulti flos & genus arbuſti eſt uel ſa/ lyx:Salio ſalis liui & ſalii ſaltum:unde ſalto ſaltas frequentatiuum & ſaltus tus.Sallio lis liui ſallitū Sallo uero ſallis pro eodem ſalſum facit ſicut uel lo nullum preteritum.
Sallitus & ſalſus unde ſalliturus & ſalſurus.
Salix dicta quod uelociter ſaliat ideſt creſcat.
Salmaria interpretatur conſumatus ſiue perfectus uel umbra commotionis uel portionis.
Saloin interpretatur retribuens uel pacificus.
Saloni uox ſalutationis hebræum eſt.
Salomon interpretatur pacificus eo quod pax in regno eius fuerit.Secundum nomē eius fuit idi da:quod fuerit dilectus & amabilis deo.Tertiū nomen eius cohelech:quod græce dicitur eccle\ ſiaſtes:latine uero cōcionator eo quod ad populū loqueretur:hic iuxta numerum uocabulorū ſuo rum tria uolumina ædidit quorum primus eſt maſloth:quem græci parabolas:latini prouerbia nominant eo:quod in ipſo ſub cōperatiua ſimili tudine figuras uerborū & imagines ueritatis oſtē derit.Ipſam autem ueritatem ad intelligendum legentibus ſeruauit. Secundum librum cohelet uocauit:qui græce eccleſiaſtes latine concionator dicitur eo quod ſermo eius nō ſpecialiter ad unū ſicut in prouerbiis:ſed ad uniuerſos generaliter dirigatur docens omnia: quæ ī mūdo cernimus caduca eſſe & ob hoc non appetenda. Tertium li brum ſiraſiri prænotauit:quod latine dicitur can ticum canticorum eo quod omnibus canticis p̄fe rat̄.horū triū librorū carmina apud ſuos hexame tris & pentametris uerſibus compoſita eſſe per/ hibētur.ut eſt apud hieronimū in p̄fatione euſe bii de temporibus.qui ſic habent.Quid Solomo ne grauius:quid perfectius Iob:que omnia hexa metris & pentametris uerſibꝰ ut Ioſeph⁹ & orige nes ſcribunt apud ſuos compoſita decurrunt.

Salone ciuitas quam Saloinus filius pollionis uicit: unde & dicitur.

Salone ciuitas florentiſſima dalmatiæ imo quam pollio uicit naſcente filio.

Salpiga ſpẽs ſerpentis.

Salpizo græce tubizino.

Salpiſta græce cantor tubicinator.

Salſamentum piſcis confectio.

Salſamenta omnes res ſalſæ ut piſces.

Salſugo liquor ſalis ipſa res quæ facit ſalſum.

Salſum dictum quaſi ſale aſperſum.

Salſus ordinatus tẽperatus: ſapientiæ ſale cõditus Sal enim pro ſapientia ponitur. inde componitur inſulſus ideſt indoctus.

Saltatores nominatos uarro dicit ab archade ſalio quem æneas ſecum in italiam adduxit quique primo romanos adoleſcentes ſaltare docuit.

Saltica genus chortæ ab oppido ſale dicta.

Saltem uel tunc aliquando poſtremo coniunctio diſiunctiua Saltem tractum a captiuis qui dicunt omnia noſtra habere ſaltem uitam nobis pro ſalute concede: ſiue ſaltem eſt coniunctio aduerſatiua aliquando: ſicut quãuis & ſi cætera que etiã diminutionem ſignificat ut ſaltem ſi non uitam mortem concede. pro quo inueniuntur: at aut uel nec neq; ne. ut in rebus ſecundis ſapientes fatigantur: ne corrupti obtemperent: & neq; unũ aſſem præſtas egenti. Saltus a ſalio ſalis quod ẽ altius uel lõgius exilire. Saltus montes latibula ferarum ſylua.

Saltus uaſta & ſylueſtria loca: ubi arbores in altum ſaliunt: unde & dicitur ſiue itinera anguſta & q̃ſi abſciſſa inter montes: de quo propheta. In saltũ inquit ad ueſperum dormies. Salubre ad locum refertur uel cibum.

Salutare ad conſilium.

Salubritas refrigerium: requies ſolatium.

Saluber bris brior berrimus.

Salue uale a ſalute.

Salue & ſaluete uerbum ſalutandi. plus nõ habet niſi ſalueto. & eſt ſecundæ coniugationis: unde ſaluo ſaluas.

Salum mare pontus: pelagus æquor.

Saluia hærbæ genus.

Salutatorium locus: in quo ad ſalutandũ aduenientes excipiebantur.

Salutare ſalutem nunciare.

Salutatio a ſalute dicitur: Sic enim antiqui ſolebãt ſcribere: ille illi ſalutem.

Salutaris ſalutem præſtãs ſalutifer.

Salutaris hærba dicta: quod dolorem capitis & ſtomachi incendium mitiget: hæc ſtrignos dicitᷓ.

Salutaris ab effectu dicta.

Salus eſt integritas corporis.

Salubritas uero ſaluti conueniens cauſa per quam ſanitas uel ſeruatur uel reſtauratᷓ.

Saluus incolumis: incorruptus: ſanus: inde ſaluo as ſaluator ſaluatrix: ſalus ſalutis ſalutaris ſaluto as ſalutamen ſalutatio: reſaluto a ſalute. Componitur ſoſpes: ſalutifer a ſaluo nomine dicitur.

Saluete componitur ſaluifico as. Saluus a ſano deriuatur.

Samahala interpretatur audiens.

Samalum hebraice cœlum dr̃.

Samara promontorium orientis & ciuitas: a qua circa eam omnis regio nomen accepit. quam ſennacherib rex aſſyriorum conſtruxit: uocauitque nomen eius ſamariam ideſt cuſtodem: quia quãdo iſrael tranſtulit in medos: cuſtodes ibi conſtituit. hanc anthiocus obſidione captam ſolo coæquauit: quam poſtea herodes inſtaurans in honore Auguſti Auguſtã uocauit: ideſt ſebaſtẽ græce. Ibi ſiti ſunt elyſeus & abdias prophetæ: & quo maior inter natos mulierum non fuit Iohannes baptiſta.

Samaritani ab aſſyriis trãſlati ex parte iſraelitaꝝ ex pte gentilem ritum tenuerunt

Samaritani uel ſamarite interp̃tatᷓ cuſtodes eo qḋ a babyloniis illic in cuſtodiam collocati ſunt iudeorum.

Samaria interpretatur conſeruata: hæc regio inter iudæam & gallileam media iacet.

Sambuca in muſicis ſpecies eſt ſymphoniarum. Eſt enim genus ligni fragilis: unde tibiæ componuntur.

Sambuca genus citharæ ruſticæ.

Sambucinarius ipſe qui dicit.

Sambuſtria q̃ in cithara ruſtica canit.

Sambucus ſaltator hiſtrio.

Samech interpretatur audi uel reſupinatio.

Samia ſibylla quæ ſamonoe dicta eſt a Samo: unde fuit.

Samia terra a ſamo dicta glutinoſa & candida medicamentis & uaſculis neceſſaria.

Samia uaſa a ſamo uel a creta: quæ in tracia non lõge a roma naſcitᷓ: & ſamia dicitur.

Samii uilia uaſa bibendi.

Samius lapis a ſamo: ubi reperitur.

Samium locus eſt.

Samileuci genus hærbæ: quæ latine floreida dicitᷓ.

Samnitæ gens: quæ in centeſimo triceſſimo miliario a roma eſt media inter piceniũ & campaniam.

Samia ſamiæ eſt deriſio: quæ facit uultum rogoſũ.

Samnis ciuitas in appulia hic & hæc ſamnis & hoc ſamnite inuenitur pro ſamnitis gentile.

Samnium eſt beneuentum.

Samos inſula in mari ægæo: ubi nata eſt iuno: ex qua ſibylla ſamia & pytagoras ſamius in hac pri⁹ fictilia uaſa dicuntur reperta.

Samothracia uicina iſula modo ſamothracia uocatᷓ

Samothracia eſt inſula in ægæo mari.

Samothracius eſt anulus aureus: ſed capitulo ferreo a loco dicitur.

Sampſon interpretatur ſol eorũ uł ſolis fortitudo fuit enim uirtute clarus & liberauit iſrael de hoſtibus.

Sampſicon amaracus.

Samſicus ideſt amaracus hærba floribus aſpirãs.

Sampſucum ideſt dura paſſio: quæ difficilem anhælitum facit.

Samuel interpretatur nomen eius deus.
Samuelis liber eiuſdem natiuitatem & ſacerdotiũ & geſta deſcribit: & ideo ab eo nomen accepit: & quamuis ſaul & dauid hiſtoriã contineat. utriq; tamen ad Samuelem referuntur: quia ipſe unxit ſaul in regnum. ipſe dauid in regem futurum cuius libri primam partem ipſemet conſcripſit: ſequentia uero eius uſq; ad calcem ſcripſit dauid
Sancit confirmat: ſanctum facit: iudicat.
Sancio cis xi: uetuſtiſſimi tamen ſanciui uel ſancii proferebant: unde & ſanctum & etiam ſancitum inuenitur. Sancta iuxta ueteres exteriora templi Sancta ſanctorum autem locus templi ſecretior ad quem nulli erat acceſſus niſi tantum ſacerdotibus: dicta quia ſanctiora ſunt & precedunt uniuerſa: Sancta autem a ſanguine hoſtiæ dicta: Nihil enim ſanctum apud ueteres dicebatur. niſi quod hoſtie ſanguine eſſet conſecratum uel ſparſum: Sanctus dicitur ſanguine unctus uel tinctus Nam antiqui omnia ſanguine conſecrabãt.
Sanctiones legis purificationes.
Sanctitas caſtitas: religio integritas. Sanctum dicitur quod ad aliquid ſancitur: quoque uiolato pœna committitur in bona parte ponitur.
Sanctuarium locus uel cubiculum: ubi ſancte res geruntur. Sanctus dicitur qui ſancit res.
Sandapila feretrum uel locus: in quo defuncti portantur & maxime plebs uel gladiatores dicitur uero a ſandalio ideſt panno: quo operiebantur corpora mortuorum.
Sandalia grece alti ſubtulares caligæ calciamenta que non habent deſuper corium.
Sandalim grece neutri generis calige alte.
Sandarica genus coloris cinabrio colore & ſulphure ꝯ odore.
Sandara menſis martius cappadocum lingua.
Sandaſyrus gemma naſcitur inidus loco eiuſdem nominis intra habens lucidum ignem aureæ gutteæ.
Sandix genus coloris: qui ſandicinus dicit': quia
Sandix eſt hærba. ſandis cis hærba fœmininum.
Sanne nares a ſannando dicte earũ ſubtiles ptes.
Sane certe bene recte.
Sanguinarius quedam arbor.
Sanguinarius latro. homicida percuſſor.
Sanguinaria herba dicta. quod miſſa in naribus ſanguinem moueat.
Sanguineus cruẽtus. ſãguis ex greco dictus: quod uegetet & ſuſtentet & uiuat. Itẽ latie dictus quod ſuauis ſit. ſan guis autem dũ in corpore eſt: effuſus uero cruor. quod currat. Item a crudelitate itẽ corruptus. ſanguis ab aliis aliter interpretatur Alii aiunt cruorem eſſe uictimarum ſanguinem hominum Eſt autem dulcis humidus & calidus ſanguis eſt dum manat. effuſus uero cruor. ſãguiſ maſculinum ſingulariter declinatur uſu ſemper. ſanguines pſr pro peccatis dicitur.
Sanguiſuga uermis aquatilis dicta: quod ſanguinem ſugit.
Sanyr mons eſt: qu dr hermon: quem alii dicũt ſanior: ſanyr interpretatur nocturna auis.
Sanno nis nui. hoc ſannum ideſt querela.
Sanies dicta: quod ex ſanguine naſcitur excitato. n. calore uulneris in ſaniem uertitur: fluere ergo de ſanie uiuorũ eſt: tabe uero mortuorum: ſanies ſanguinis putredo.
Sanitas eſt integritas corporis & temperantia naturæ ex calido & humido: quod eſt ſanguis: unde & dicitur ſanitas quaſi ſanguinis ſtatus.
Sanus a ſanguine dicitur: quia ſine pallore eſt. ſanus pro ualidus. ſane ergo aduerbium pro ualde ſanus ior ſimus ſanitas ſano as: uñ ſanabilis. Cõponit' iſanus male ſanus. ueſanus iſania. iſano nis ſanies ei: catacreſin: uñ ſãguis: Cõponit' ſãguinolẽtus exſanguis: conſanguineus: conſãguinitas.
Santone ciuitas eſt in aquitania.
Santonius color fuſcus & uiliſſimus quo inficiebant ſe: qui nolebant agnoſci.
Sappa quaſi dulce acidum uinum: paſſũ defructũ.
Sapio pro prudentia ponitur & pro ſapore: ſapio pis ſapiui & ſapii uel ſapui ſapitum a ſapui. Componitur reſipio reſipiſco: deſipio deriuatur: inde ſapiens ſapientia. ſapiens dicitur a ſapore: quia ſicut guſtus ſumptus eſt ad diſcretionem ſaporis ciborum. ſic ſapiens ad dinoſcentiam rerum atq; cauſarum. ſapientia eſt cognitio cauſarum quæ abuſiue aliquando accipitur in malo ſicut aſtutia in bono: hanc ueteres philoſophiam nominauerunt. ſapientia eſt rerum quæ ſunt: ſuiq; immutabilem ſubſtantiam ſortiuntur compræhenſio ueritatis: ut ſunt nouem predicamẽta. quæ proprie eſſentiæ nominantur.
Sapiens dici ſolet: qui intellectum æternorum rimatur prudens uero: qui ea quæ ſenſibus corporis experiuntur. Item alii dicunt ſapientiam i diuinis: prudentiam uero uel ſcientiam in humanis negotiis poni. Sapiens falſo dicitur facetus: Sapio pis Sapor oris. Sapiens tior tiſſimus ſapienter ſapientiam.
Saphiros lapis eſt.
Sapis fluuius italiæ uerſus hadriaticum.
Sapis hebraice interpretatur bonitas.
Sarabara crura & tibia lingua chaldeorum dicũt uel brachæ quibus hæ tegunt'.
Sarabaræ ſunt fluxa & ſinuoſa ueſtimenta ſicut in daniele: apud quoſdam uero capitum tegmine dicuntur: qualia uidemus in capitibus magorũ picta. Sarabaræ brachæ pſarum lingua.
Saraballa ut aquilla & theodotion dixerunt: non ut corrupte legitur.
Sabara: lingua autem chaldeorum ſaraballa crura hominum uocabantur & tibiæ: etiam quaſi crurales & tibiales dictæ ſunt.
Sarabattæ teterrimum genus monachorum: qui nulla regula approbati operibus adhuc ſeruãtes ſeculo fidem mentiuntur deo per tonſuram qui bini aut terni uel ſinguli non dominicis ſed ſuis incluſi ouilibꝫ pro lege eis ẽ deſideriorũ uoluptas
Sarrhaceni dicti quia ex ſarrha ſe predicẽt genitos. uel ſicut gentiles aiunt: quod ex origine ſunt ſy-

ſorum quaſi ſyrigine:hi ꝑ amplam habitant ſoli/tudinem.ipi ſunt cedar a filio iſmahelis.
Sarrai interpretatur princeps in ea: eo quod eſſet unius tantūmodo domus materfamilias Poſtea uero ideſt dē fine ablato dicta eſt ſarrha ideſt ab/ſolute princeps.Omniū quippe gentium futura princeps erat ſicut dominus promiſerat.
Sarrha tyrus olim dicta eſt a genere piſcis ibi inuē ti:unde & ſarana purpura dicitur.
Sarana dicitur purpura a ſat piſce cuius ſanguine tingitur.
Saranus ab inuentore nominatur:
Saracum genus uehiculi fortiſſimum: quo ferun/tur lapides & ligna.
Sarralia lactuca agreſtis dicta quod dorſum eius i modum ferre eſt quaſi ſerralis.
Saraſar princeps tribulationis interpretatur.
Saraſimeos naturalis prouocatio.quando cōtra iu dicem alium uocat.
Sarcaſmos σαρκῦσμοσ eſt irriſio cum amaritu/dine ut referes ergo hoc & nūcius ibis pelide ge nitori:huic contrarius eſt aſtyſmos.
Sarcamon idoneus artis uel profeſſor.
Sarcidion carūcula.Sarcinos. carnalis.
Sarcimen græce ſuperfluum carnis incrementum qu o ultra modum corpora ſaginantur.
Sarcinæ onera pondera ut,uaſa hæc ſarcina æ.
Sarcinulæ ſacci:in quibus portantur cibi:
Sarcinator qui ſarcinas ſeruat:
Sarcit remendat:reintegrat.fodit iungit.
Sarcio cis ſi ſartum.unde ſartores.Sarcio/ens ſartuſ a um.Componitur reſartor ſarcitector dictus q̄a hinc inde tabulis coniunctis tecti ſarciat corpus: inde & tignarius:
Sarcophagum græce dictum:quia ibi corpora cō ſumantur.
Sarx enim grece caro ſage in comedere:arca in qua mortuus ponitur.
Sarcophagus lapis qui corpora de functorum in eo condita infra dies lx.abſumere dicitur exce/ptis dentibus:unde & dicitur.
Sarculus ferramentum cum manubrio culturis agrorum neceſſarius foſſorium duos dentes ha bens
Sarcula ſunt inſtrumenta colonorum:& de q̄bus arca planatur a ſarrio ris ideſt purgo.
Sardanapalus rex fuit aſſyriorum luxurioſus:de quo iuuenalis:& pluma Sardanapalli.
Sardanum naſturcium.
Sardis ciuitas eſt uel inſula dicta a lapide ſardio pulchro:unde pulcher interpretatꝰ.
Sardiſmos eſt diuerſarum linguarum cōmixtio.
Sardis gens patrium eſt.Sardis ciuitas aſiæ pul chritudinis principium uel pulchritudo in ter pretatur:Sardis pluraliter accuſatiuo ſardis quia græca ſunt:& apud eos faciunt in dipthongo ei: Similiter alpis ſyrtis trallis.
Sardinia & corſica inſulæ puo freto.xxi.millibus diuiduntꝰ:Sardiniam Sardus hercule procreatus cum multis ad libyam profectus occupauit:ex ſuo nomine Sardiniam dixit.
Sardius eſt puniceus:cuius color ſanguineus oſtē dit & martyrium rite agonizantium.Sextus eſt in catalogo crucis:hæret martyrio.
Sardonia. herba in ſardinia eſt.
Sardonytus lapis ꝓtioſus terræ rubræ ſimilis eſt.
Sardonyx gemma ex duorum nominum ſocieta te uocata eſt ex onycis candore & ſardo:conſtat aūt color ſubterius nigro medio candido ſupius minio.
Sardonicis genitiuus prud.
Sardonix conſtans tricolorum homo fertur inte rior quem denigrat humilitas: in quo albeſcit caſtitas ad honeſtatis cumulum:rubet quoque martyrium.
Sardonicē pingunt.prud.
Sardus gēma dicta:quod primum reperta ſit.Sar dis hæc rubrum habet colorem marmoribꝰ pre ſtans:ſed inter gemmas uiliſſima. Genera eius quinq̧.
Sardus de ſardinia.
Sarepta incendium uel anguſtia panis.
Sarga nō idoneus cuiuſlibet artis ſed ꝓfeſſor.
Sarrire circūfodere:ſarculo laxare purgare.
Sarrio ris inde ſarmentum.ſarculus li.
Sarriſſe ſunt tela alexandrinorum genus teli ma/cedonici.
Sarmatæ ſunt ꝓpñ quos græci reginos uocant: ex orti ſunt ab aſcāna filio gomer ob ſtudium armo rum Sarmatæ dicti:armati enim equitant.
Sarmentum a ferendo dictum quaſi ſermentum.
Sarmenta purgamenta:arboꝝ putamina.
Sarmis fluuius cāpāie. Ser. cuius populus ſaraſtes
Sarna impetigo.
Saron gæce ſcopa.
Sarpedon & Minos filii Iouis & europæ.
Sarpo pis pſi hærbas ſarrire ideſt extirpare eligeſ.
Sarſaci interpretatur princeps cadaueris uel ruine.
Sartago a ſtrepitu ſoni dicta: quando ardet in ea oleum patella olla ænea.
Sartacola acrimonia.
Sarta reſtauratio templi.
Sarta reparatio fabrice.Sartum enim conſutum di citur.
Sartor conſutor ueſtium dicitur a ſarcio cis.
Sartrix que ſarcit.
Sartum coniunctum conſutum.
Sat per apocopam a ſatis & ponitur loco nominis ut ſat eſt ideſt ſufficit.
Sata ſeminata ideſt ſegetes.
Satus ta tum a ſero ris ſeui ſatum. Sata uaſorum genera iidem ſunt quod ephi ideſt modii tres amphoræ.
Satagit ſatiſfacit perficit finit deuorat complet.
Sathanas latine ſonat aduerſarius:contrarius. ſiue tranſgreſſor:ueritati enim contrarius eſt & ſan/ctorum uirtutibus inimicus.Ipſe trangreſſor qa in ueritate qua conditus eſt:nō ſtetit: Ipſe & tem ptator iuſtorum.

Satax ſapiens ſcitus inueſtigator.
Satelles percuſſor latro craſſator:prædo emiſſatiuſ a ſatiſfaciendo dictus:quod adhæret lateri ſiue alterius cuſtodia ſatellitis.
Satellites miniſtri ſcelerum:milites tyrannorum.
Satericon ueriſimile.
Saticulus populus cāpaniæ:inde ſaticulanus.
Saticulus deus ſatiōis:inde ſaticulanus.i.ſemiator.
Satietas ex uno cibo dici poteſt: quia ſatis ſit. Saturitas autem a Satyra nomen accepit. quod uario apparatu componitur Satietas uario genere ſpectaculorum contigit.Saturitas uero ciborum.
Satiger iocularius:cilicio ueſtitus.
Satyri genus ſimiarum facie grata:geſticulatis motibus inquietes.
Satyri homunciones ſunt aduncis naribus habentes cornua in frontibus: & caprarū pedibus ſimiles:qualis uiſus & interrogatus a ſeruo dei Antonio reſpondiſſe fertur dicens Mortalis ego ſū unus ex accolis heremi:quos:uario errore deluſa gentilitas faunos ſatyroſq; colit.
Satyriaſis paſſio ex nimia pudendorum tenſione fit:cum dolore & feruore atq; pruritu.dicta a ſimilitudine ſatyrorum:quos nimiæ pronos in uenerem fama uulgauit.
Satyri poetæ dicti:ſiue quod pleni ſunt omni facūdia:ſiue a ſaturitate & copia:de pluribus enim rebus ſimul loquuntur ſiue ab illa lance:quæ ſatyra dicitur: quæ diuerſis frugum uel pomorum generibus ad templa gentilium ſolebat deferri: aut a ſatyris: qui multa per uiolentiam facere dicuntur.
Satyra lex eſt. quæ de pluribus ſimul rebus loquitur dicta a copia rerum quaſi ſaturitate:unde & ſatyrim ſcribere eſt poemata uaria condere.
Satyrion hærba dicta a ſatyris quod radix eius in modum teſticulorum ſit:ꝑpter incendium libidinis uulgus iſtinctum uocat.uenerem ſuſcitat.Ex hortis dicitur:quod græci horti uocant.Item & leporina quod caulem mollem emittat:hæc & temptatio dicitur ideſt maxicinum.
Satyrio horti beta.
Sationalis ager ſeminalis.
Satyrus fluuius quidam.
Satyn componitur ex ſatis & an.
Satis abunde qđ ſufficit.
Satiſfacere lenire blandiri.
Satiſfacere eſt cauſas peccatorum & ſuggeſtiōes excludere & ultra peccatum non iterare.
Satius melius a ſatis comparatione.
Satio dicitur quaſi ſeminis actio uel ſatorum.
Sator agrum ſartiens dicitur ideſt arans uel ſæminās:Sartor uero ueſtes ſarciens:Sator ſæminator uel pater & dator.
Satrapæ præfecti perſarum ſapientes.
Satum generatum. procreatum poſitum a ſeror reris ſatus tatum.
Satum genus ē menſuræ iuxta morem palæſtinorum unum & dimidium modium capiens quod nomen ex hebræo tractum eſt.Satum enim apud eos nominatur ſumptum:ſiue eleuatio hæc eadē menſura ſextariorū XXii.capax eſt quaſi modius
Satur ſatiatus iucundus:ide ſaturitas ſaturo as ex ſaturabilis.
Satur cibo plenus priſc.
Satur ra rum a ſaturo as. ſaturiæ i.
Saturat ſatis cibat implet: ut uero ignis eſt: qui deuorat.
Saturitas tātum in cibo dicitur.ſatietas uero in cæteris.
Satureia calida eſt & prope ignita:unde & nominatur quod pronos facit in uenerem.
Saturnus origo deorum & totius proſperitatis deſignatur: hunc latini a ſatu dictum ferunt quaſi ad ipſum ſatio omnium rerum pertineat.uel a tēporis longitudine quia ſaturetur annis: unde cū græci Κρόνον uocant quod eſt tempus:qui filios fertur deuoraſſe ideſt annos: quos tempus ꝓducit: hunc cæli patris abſcidiſſe genitalia dicūt: quia niſi in cœlo de ſæminibus naſcitur:falcem tenet propter agriculturam ſignificādam.Saturnus cœli terræq; filius.
Saturnia regna aureum ſæculum qđ ſub ſaturno rege primum fuiſſe fingunt.
Saturnalia ſaturni ſacra pluraliter ſemper declinat.
Saturnus ſtella una ex ſeptem planetis:quæ per annos triginta ſigniferi peragit circulum ſublimior omnibus.
Saturniani hæretici:mundū a deo conditū negant nec credunt carnis reſurrectionem.
Saucius uulneratus uel ætate conſumptus quaſi ſanguine hauſtus. Saucius participalis per ſyncopam a ſauciatus dicitur.Saucius ſemel Sauciatus ſæpius.
Sauciare uulnerare
Sauiat baſiat oſculatur
Sauium laſciuorum oſculum
Saulus hebraice iterpretatur temptatio reſpiciens uel ſecuritas:eo quod prius in temptatione eccleſie ſit uerſatuſ.
Saulus hebraice interpretatur infernus:anguſtia uel a Saule ſuperbo rege.
Saul interpretatur petitio quia iſrael petierit eum ſibi regem.
Saurica ſerpens.
Saura lacertuſ qui quādo ſeneſcit cæcatur & intrat i foramen parietis aſpicientis contra orientem: & orto ſole intendit & illuminatur.
Saurex antiqtus nunc ſorex dicitur.
Sauromatæ nomen gentis barbaræ:ultimi ſunt in ſcythia
Saxa dicuntur tantum duriſſima: lapis uero dura & mollis petra:Item lapis mollis & ſparſus: Saxa uero hærent & a montibus exciduntur. Saxum ſaxi ſaxolus.
Saxifraga dicta quod ſæmen eius petras in ueſica frangat & cōminuat.
Saxones dicti quod ſit dura & ualidiſſima gens.
Scaber aſper.
Scabroſus rimoſus inde ſcabies.

u

Scaberoſus inæqualis.

Scabere folere quaſi ſquamas abſcidere priſc.

Scabo bis bibitum.

Scabellare decidere.

Scabies aſperitas cutis cum pruritu & ſquamatione: ſed ſcabies tenuis aſperitas: unde dicta quod uelut purgamenta emittat: Nam ſcabies quaſi ſcamies dicitur.

Scabra ſunt loca ſitu aſpera: unde & ſcabies dicitur a corporis aſperitate

Scabra & rubigioſa antiqua aſpera uetuſta punicea

Scabrum nodoſum.

Scabroſus rubiginoſus aſper.

Scabrones ueſperæ longiora crura habentes.

Scala a ſcandendo.i.aſcendēdo. dicta pluraliter hæ ſcalæ.

Scalæ a græco quod eſt gradus: dicuntur quia per eas gradatim itur.

Scale tria latera inæqualia habentes trigoni. dicuntur.

Scalenos græce latine gradatim: ut bis ter quater.

Scalpere fricare terebrare.

Scalprus dictus quod pituris & foraminibus ſit aptus quaſi ſcalphorus: cuius diminutiuum ſcalpellus facit.

Scalpra ferrum quo corium aptatur: quo fabricant formæ ſutorum.

Scalpellus ferrum quo corinm aptatur. quo fabricantur formæ ſutorum & quo chartas corrigunt.

Scalmus lignum in latere nauis: quo remus alligat

Scamaras ideſt piones legis.

Scaltus impetigo.

Scaminata harenæ: ubi athletæ luctantur.

Scamia mora maiora.

Scamna ſunt: quæ lectulis altioribus apponuntur dicta a ſcandēdo: hinc & ſcabelli: qui lectis paruis uel ſellis ab aſcenſu apponūtur dicta a ſcandendo

Scabellum & ſuppedaneū dicitur quod græci hypodion dicunt eo quod ſub pedibus ſit.

Scānum ſubſellium.

Scannatū ager qui: per ſcannā ab occidente in oriētem creſcit. Scamillum non ſcabellum facit.

Scamunia quam latini acridiam uocāt: hærba ſucci plena quæ ſub caua radice colligitur.

Scanna conciſio.

Scādalum græce latine ſonat offenſio: ruina uel rixa. Qui ſcandalizauerit ideſt offendere uel ruere fecerit. Phariſæi ſcādalizati ideſt rixati ſunt.

Scandalum eſt ruina ſeu impactio pedum. Scandalum dicitur cū ſubito inter aliquos ſcandit ideſt oritur diſſenſio uel pugna.

Scandalizare ſubito commouere: occaſionem ruinæ dare.

Scandare ſurſum ire quaſi per ſcalam aſcēdere.

Scando dis: inde ſcala ē: inde ſcalaris: ſcannū ſcabellum. ſcapula læ ſcapularis ſcanſio ſis. Scādalum li. a ſcando ſcandis: unde ſcandalizo. cōponitur aſcēdo dis aſcenſus aſcenſio aſcenſor: tranſcendo deſcēdo conſcendo.

Scandulæ ſcindulæ a diuiſione dictæ: duplex ē enī & ſcinditur.

Scanſilia gradus ſunt: ubi honorati ī ædibus ſedēt.

Scanſus aſcenſus.

Scanoſis græce ſtupor.

Scapha nauicula parua dicta: quod ſit caua.

Scapha barca uel alueus: in quo panis mercat: hæc & cataſcopus nominatur: quod latine ſpeculatorium dicitur.

Scopein σκοπειν enim græce intendere & ſpeculari dicitur.

Scaphium uas ad turpes uſus aptum ideſt ad requiſita naturæ.

Scapum ſūmitas uel cacumen.

Scapo cacumine indiuiſo.

Scaptes græce bidentes

Scaphus certus numerus nauicula parua.

Scapulæ membra hominis ſub humeris: quod ſcādant palam.

Scara.i.combuſtio ignis.

Scarabeus a cauo ideſt caballo dictus: quod ex eis naſcitur ſicut ex mulis locuſtæ. Eſt aūt animal modicum uolatile: cui ſunt in ſūmo uertice oculi.

Scarabeus dominum ſignificat.

Scaria arbuſcula ſpinoſa rubrum pomū affert græcum eſt.

Scarus piſcis genus ſolus īter piſces ruminare perhibetur.

Scariothis īterpretatur memoriale domini uel memoria mortis: hoc nomine dictus eſt ludas a uico in quo natus eſt.

Scatebræ ebulitiones: quæ fiunt cum aqua calida in aliquas rimas fluxerit.

Scatebra emanantia aquarum ideſt ortus ſcaturiētibus ſit aquis. Scatet enim: aqua: cum erumpit: & cum auide ſorbetur.

Scatet ebulit feruet.

Scaturit dum aqua in anguſtum currit.

Scateo es ſcatui: unde ſcateſco & ſcaturio.

Scatinia lex a quodam inſtitutore dicitur cōtra ſtupra & uultum uiri

Scaurus qui parum balbutit uel qui extantes talos habet.

Scaurus grauiſſimus uir & philoſophus fuit: uel cui calces retrorſum abundantius eminēt pedes introrſus.

Scazon claudus græce: uitium metri eſt.

Scia σκια græce umbra

Scheda eſt qd' adhuc emendatur: & necdū in libris redactū eſt: græcum eſt: ſicut thomus.

Schedæ exemplaria breuia: Scriptū nondū finitū.

Schedula pagina epl'a.

Scelera flagitias crimina uel peccata.

Scelus peccatum.

Sceleratum illū eſſe grāmatici dicunt: in quo fit ſcelus ſceleroſum uero qui facit.

Sceleſtum per quē fit: Sed hæc Auctores non adeo cuſtodiunt.

Sceleroſus ſcelere plenus: ut lapidoſus lapidibus:

Sceleroſus autem plus eſt q̈ ſceleratus.

Sceleſtus ꝑteruus græce ſceleſtus &, ſceleſtis dicit·

Sceleria ideſt duricia:cum ſenſu & dolore fit ex qua
incipit.cauſa epatis.Sciroſis autem & ipſa duricia
dicitur.

Schema habitus forma uł figura.σχημα græci uo
cant ueſtium habitum & cæterorum quæ extrin
ſecus ſunt.

Schema perfècta ſermonum cōnexio:quorum no
mina nullus in latinum efferre potuit:ſed his no
minibus proferūtur:quibus magiſtra græcia nū
cupauit.

Schemata ex græco in latinum figuræ interpretan
tur:quæ fiunt in uerbis uel ſentētiis per uarias di
ſtinctionum formas proptere loquii ornamentū
huius orationiſ generale nomen græci pathicon
παθικον uocant ſpeciale uocabulum narratiōiſ
ſchemata διανοιασ dianœas & λεξεῶσ lexe
os ideſt dictionis uel elocutionis διανοιασ hoc
eſt ſententiæ.Et ad oratores pertinet uel ad phi
loſophos λεξεωσ uero ad grammaticos;quæ cū
multæ ſint apud grāmaticos:iſtæ inueniunť qua
rum hic ſunt nomina.Prolepſis.zeugma.Epizeu
xis.Syllepſis.anadiploſis.anaphora.Epanaphora
epanalepſis.Paranomaſia.Scheſionomaton.Pa
romoeon.Homoeoptoton.homoeoteleuton.po
lyptoton.hirmos.polyſyntheton dialyton uel aſ
ſyntheton antitheton hypallagæ Schemata lexe
os ſunt & dianœaſ ideſt figura uerborum & ſenſu
um:Schema ſola ornatus cauſa fit. Metaplaſmus
uero cauſa neceſſitatis uel ornatus in metro: Tor
pns uero cauſa utriuſq; tā in metro quam in ꝓſa.

Scæna σκηνη theatri locus. nūc arborum cacumi
na uel denſitas ordinata locus quaſi lobia priſc.ꝑ
ĥ.longa græca ae ponitur:Scæna umbraculū ubi
poetæ recitabant:Nam σκια græce umbra.

Scæna eſt camera:quæ obumbrat locum ī theatro
Item arborum in ſe cohærentium quaſi concame
ria denſatio: Item compoſitio alicuius carminis:
quod eſt dignum in theatro.

Scæna domus in theatro erat:ſtructa cum pulpito
quæ orcheſtra uocabatur:ubi cantabant comici
tragici atq; ſaltabant:hiſtriones & mimi:dicta gre
ce quod in ſpecie domus erat illuſtrata:hi ludi li
berales uocabantur.

Scæna etiam unguentum:unde dicitur ſcænicus.

Scænicus qui in ſcæna ideſt in theaaro agit hiſtrio
iocularis.

Scænitæ populi in ſuperiori arabia:a tētoriis dicti:
quæ ſuccedunt.

Scænophegia ſollēnitas hebræorum græce :taber
naculorum dedicatio interpretať:quæ celebrať a
Iudæis in memoria expeditionis cum ab ægypto
promoti in tabernaculis agebant.

Scæna enim græce tabernaculum dicitur: quæ ſol
lēnitas ſeptembri menſe celebratur. etymologiā
ab umbrando ducit.Nam σκια græce umbra di
ciť:unde ſcæna uel ſcænomata q̄ſi umbracula ſo
nant: quæ ſagis laneis uel lineis uel frōdibus ue
teres texebant.

Schoenobatoria etiam ars diciť a græco qđ σχοι
νοσ ideſt funis unde & ſchænobata dicitur funā
bulus:qui per funem uadit.

Schænobatæ funābuli. Nā ſchænos σχοῖνοσ fu
nis βαίνω aſcendo.

Sceptrum uirga regalis:quam rex defert auratam
Sceptrifer ſceptrifera rex & regina Sceptrum σκη
πτρον regnum.

Scheſionomaton eſt multitudo nominum cōiun
ctorū quodā ambitu copulata:ut nubila:nix:gran
do:procellæ fulmina uenti.Item manus pes lin
gua cor.

Sceta ſcutum loreum ſine ligno.quo utuntur afri:
& mauri.

Scæuus ſiniſter ſceleſtus contrarius.

Schiaſis dicta a parte corporis:nam uertebrorū oſſa
quorū ſumitas uitio terminatur : græci ισχιαν
uocant.Hæc paſſio primum ex dolore oſſis: quæ
de ilibus deſcendens uertebræ coxæ ſuæ compa
ginem erigit:unde & græci κοξενδιξ dixerunt
a coxa.

Scibala ſtercora.

Sciba ſecta.

Scientia eſt cum res aliqua certa ratione percipitur
a diſcendo dicta.Scientia eſt rerum:quæ ſūt com
præhenſio ueritatis immutabilium Scientia ē ue
lut de Idea. Nā recordatio uelut de natiua ſpecie
Scientia eſt certa ratio in bono tantum Nā experi
entia in malo dici poteſt:ut pœnas expertus.

Sciens ē peritus ſciētia & rebus Sciolus uero ſimu
lator ſcientiæ ac peritiæ : qui appetit uideri aliud
ſcire q̄ ſciat:aut qui ſcire ſe profiteť omnia aut eti
am futura prædicere.

Scientia ad agnitionem pertinet.

Sapientia uero ad contemplationem.

Scientia enim temporalibus bene utitur:atq; ī eui
tandis malis ſeu intelligendis uel appetendis bo
nis uerſatur.

Sapientia autem tantūmodo æterna cōtemplatur
Item nōnulli ſapientiam in diuinis:prudentiam
uero uel ſcientiam in humanis poni uolunt. Per
fecta autē ſcientia eſt multa agere bona & de illis
laudem nō quærere:q̄ deus præcepit facere:& ſer
uū inutilē ſeſe ante oculos dei exiſtimare.

Scyphus calix regius:qui & patera:uocatur fiala.

Sylla phorci & creteidos nymphæ filia.

Scyllæ duæ fuerunt : e quibus filia phorci in nym
pham iuxta ciciliam uerſa fabulantur de quo lo
co latratus fluctus colliſi uidentur,exprimere. Al
tera filia niſi:dum patrem minor tradidiſſet ī alau
dam auem uerſa dicitur:pater uero eius in ſmiri
lium:qui eā perſequitur.Scylla uirgo pubetenus
reliqua pars cincta canibus & lupis:quæ dicebať
inter ſiciliam & italiam latere:queq; naues tranſe
untes trahebat in littus.Ex eis homines arreptos
ſuis canibus lupis que proiiciebat.

Scyllæ ſaxa latentia in mari.

Scylla non inarma ſed maritima fœmina nec ſucci
cta canibus:ſed rapax aliqua & in hoſpitalis ueni
entibus extitit.Scyllam in italia iuxta ſiciliam ac
colæ ſaxum mari iminens appellāt ſimile procul
uiſentibus celebratæ formæ:unde & monſtruoſā

ſpeciem quaſi hominis illi fabulæ dederũt:ſuccin
ctam caninis capitibus: quia colliſiõibus fluctus
latratus uidetur exprimere.

Scyllaceus tractus quidam qui incipit a ſcylla lõge
diſtans & periculoſus.

Scylo σκυλω græce uexo.

Scylla græce præda.

Scylla hærba quædam ſic dicta eo quod ſit nocens
huius folia ſupiacit turtur nidis:quo lupi fugiãt.

Scylla σκυλλη ſiue σκυλλαρ catulus græce a la
tinis piſces bulbi ſceleſtici dicuntur.

Scilicet cuniũctio rõnalis nimirũ ſcire licet.Scilicet
longe a dubitatione ſciendum.

Sciminon honeſtorum conuenticula.

Simia imitatio interpretatur.

Scinci genera uermium ſimiles ſunt crocodi lis

Scindere diuidere priſ.Scindo ſcidi penultima cor
ripitur apud antiquos ſicidi.

Scindor ſciſſus duplicata ſſ ſicut findo fidi findor fiſ
ius.

Scindulæ dictæ:quod ſcindantur ideſt diuidantur
Scãdulæ uulgo.

Scinipes culicum genus a culeis permoleſtum uer
miculi græce.

Scinophos græce cupidus.

Synodontes duplices dentes habentes.

Scintilla ignis pars modica.

Scinus melius quod in euphrate naſcitur q̃ qđ in
arabia recens fuluum eſt.

Scio cognoſco teneo comperio . Scio ſcis ſciui ſcitũ
Scius:unde componitur inſcius:neſcius:præſcius
conſcius inſcitia:Sciens tior tiſſimus ſcienter ſciẽ
tia componitur inſcientia inſcibilis Scitor taris ſci
ſco:unde reſiſco componitur neſcio.

Scioterus ſtilus poſitus ĩ circulo ad metiẽdas horaſ

Scipodum gens fertur in æthiopia celeritate mira
bili:ũde græce ſcipodæ dicti:quod proſtrati ĩ ter
ra relupini iacentes pedum ſuorum magnitudi
ne adumbrentur.

Scipiones duo fuerũt Auus & nepos: quorum pri
or Publius Cornelius.Scipio africãus dictus qđ
annibalem carthaginenſem ducem ſuperauit.Al
ter lucius Cornelius Scipio Numantinus dictus
quod numantiam ciuitatem hiſpaniæ expugna
uit horum apd omnes ingens metus & reuerẽtia
fuit.

Scipiones uirgæ cõſulum: ſcipionem Romani uo
cabant uirgam quam triumphantes cũ ſceptro in
manu gerebant ad imitationem uictoriæ ſcipio-
nis licet:& Scipion ſic baculus:quo homines inni
tuntur:unde ille primus Cornelius Scipio appel
latus ẽ:qa eo inixus pater eius cæcus ambulabat.
Super ſcipionẽ aquila ſedebat : quia per uictoriã
ad ſupernam magnitudinẽ accederet.

Scire eſt reddere rationem:quã noueris.Noſſe ue
ro referre tantum:quæ audieris.

Scyria pubes iuuentus:quæ ex inſula ſcyro nepto
lemum ſecuta eſt.

Syria ſeptentrionalis.

Scytophorium temeꝗ lingua nouember menſis.

Scyroſin nimia duricia:ſine ſenſu & dolore:quæ in
corde eſt:ubi inſita fuerit:uix diuelli poteſt.

Syroſis extenſio nimium dura.

Syrius proprium ſtellæ.

Scyrpus iuncus papyrus uirgultum.

Scyrpus a quo ſegetes teguntur ſine nodo eſt de
quo prouerbium eſt.

Sciſcitatur interrogat:aut conſulit perſcrutatur

Sciſcitor & ſcitor aris a ſcio deriuatur quia interro
gat aliquis ut diſcat.

Sciſco inchoatiuum a ſcio. A ſcio igitur ſcitor aris
a ſciſco uero ſciſcitor. Virg.Suſpẽſi eurypylum ſci
tatum.Siſco & ſciſcor idem ſignificabat antiq̃tus:
ideſt interrogo.

Sciſma græce diuiſio ſuperatio.

Sciſma a ſciſſura animorum dictum:eodẽ .n.cultu
& ritu credit:ut cæteri ſolo congregatiõis delecta
tur diſſidio.

Sciſmatici ſunt:qui in cauſis fidei recta ſentiunt ſed
ex tota mente cuiuſlibet contentionibus pacis cõ
munione dirupta a fraterno conſortio ſeparãtur.

Sciſos lapis inuenitur in ultima hiſpania.

Scythacus de ſcythia.

Scytha homo de ſcythia.

Scita ſunt quæ plebs tantum conſtituit dicta quod
ea plebs ſciat:uel quod ſciſcitatur & rogat ut fiãt.

Scitaleæ uectes lapidibus acromatis dedolatis.

Scitalis ſerpens dicta : quod tanta præfulget tergi
uarietate:ut notarum gratia aſpicientes retardet.
hic tãti feruoris eſt:ut media hyeme exuuias de
ponat.

Scythæ a limite pſico:qui ſcythia dicitur:q ſcythas
ab armeniis diuidit uocati eſſe feruntur.

Scythia ſicut gothia a magog filio iapheth fertur
cognominata:cuius terra olim ingens ab oriente
in India a ſeptentrione per paludes mæotides in
ter danubiũ & oceanũ:uſq; ad germãiæ fines por
rigebatur.

Scythia prima europæ regio:eius habitator ſcytha
dicitur.

Scythia prouincia orientalis

Sythia. generaliter propter barbaras gentes: qui
bus inhabitatur barbarica dicitur:huius pars pri
ma albania eſt:quæ ad mæotides paludes pertin
git:poſt hanc daucia ubi & gothia:deinde germa
nia:ubi plurimam partem ſueui incoluerunt.

Scitum decretum iudicium.

Scitiſſime ſcientiſſime.

Scitus doctus eruditus terſus mundus pulcher.

Scius a ſcio uerbo deriuatur: unde ſciolus diminu
tiuum.

Sclataria nauis pyratica .

Scleria ideſt duricia cum ſenſu & dolore.

Scobare fodere priſ.ſcobs ſcobis:

Scopulus ideſt ſaxum maris uel purgamentum
terebrati ligni uel ferrum:unde raduntur ſordes
hic ſcobs uero foſſa eſt.

Scofina dicta quod hærendo ſcafem faciat.

Scholaces qđ nos funes uel funalia dicimus eo.
quod ſcholiæ ſunt ideſt intorti.

Scoholazo græce uacat mihi/

Scoholares dicti:quod ſint ſcholiæ ideſt intorti:& eſt græcũ nomen.

Schola græcum eſt.latine uacatio dicitur:quia ibi uacabant ſtudio inde ſcholaſticus ideſt eruditus litteratus ſapiens.

Schola læ:inde ſcholaris.

Scholia ideſt excepta.in quibus ea quæ uidentur obſcura uel difficilia ſũmati & breuiter pſtringũ tur:græcum eſt.

Scolopendios hærba dicta eo quod folia ipſius ſco lopendio animali ſunt ſimilia.Idem & iſplenus: qđ ſplenem auferat.

Scoloneth ſcandalum:quod nos offendiculum & impactionem pedum dicere poſſumus.

Scombros græce latine ſcombrus dicunt piſcis ge nus.

Sconna ſponſa.

Scopa dicitur cum qua domus emundat̃:inde ſco po as mundo.Scopa ſimilis utri:

Scopein græcum eſt latine intendere dicitur.

Scopon græce intentio uel propoſitum uel mens.

Scopulus ſaxum emineus ſpeculando dictus ſi ue ſcopõ ideſt eminencia uel a tegumento naut um:qđ eſt exophon.

Scopuli ſaxoſi montes uel ardui.

Scordalus ferox in cordatus.

Scordiſci nomen gentis barbaræ.

Scordiſcum corium peſſimũ uel crudum.

Scoria metallorum purgamenta & ſordes ſunt que igne excoquunt̃.

Scoria eſt dicta quia de ferro excoquunt̃.

Scoria eſt ſuffocatio ueſicæ.ita ut urina denegetur uel uentris officium:& timor ĩ pectine repiatur.

Scories ſtulti ſtolidi : fatui.

Scorpius qui potius uermibus aſcribitur non ſer pentibus animal ẽ armatum aculeo:& ex eo græ ce dictum:quod caudam figat.& arcuato uulne re uenena diffundat:cuius proprium eſt: quod manus palmam non feriat:

Scorpius ſignum eſt:quem aiunt a Ioue inter aſtra locatum: cum oriona interfeciſſet ipſe ſcorpius: uerius tamen ſicut ſagittarius propter fulmina quæ cadunt quando ſol per hoc ſignum gradi tur:dicitur.

Scorpius ſignificat diabolũ & miniſtros eius. Scor pius piſcis dictus:quia lædit dum manu tollitur: fertur ſcorpius e cãcris naſci:ſicut de uitulis apes.

Scorpio eſt ſagitta uenenata arcu uel tormento ex cuſſa:quæ dum ad hominis uenerit:quos figit in fundit:unde Scorpio dicitur.Scorpio bellica res Scorpius animal.

Scorpiões genus duplicis flagelli uł magni fuſtes.

Scorpitis gemma colore & effigie ſimilis ſcorpiõi.

Scorpena a ſcorpio dicta:uenenum tamen non ha bet piſcis eſt quæ caſtitatem immaculati connu bii generi ſuo ſeruat.

Scortare cũ meretricibus concumbere.

Scortator meretricũ amator.

Scorta quæ a græcis quoque ſitæ dicuntur: quod defricantur pelles:quibus ineſt corruptela.

Scortia uas olearium dictum quod ſit ex corio.

Scoti propria lingua nomen habent a picto corpo re eo quod aculeis ferreis cum atramento uaria rum figurarum ſtigmate anotentur.

Scotia eadẽ hybernia proxima britanniæ ſpatio terrarũ anguſtior:ſed ſitu fæcũdior:cuius partes priores hyberiam & cãtabricum oceanum inten dunt:unde & hybernia dicta:

Scotia autem appellata quod a ſcotorũ gentibus colitur:illic nulla anguis:auis rara.apis nulla.

Scotonna ab occidente dicitur:quod repentinas te nebras ingerat oculis uertigine capitis.

Scotomiatici ſunt:qui aut circium ideſt gyros pati untur:aut oculi eorum obtenebreſcunt : unde & dicuntur.Nam ſcotomia græce dicũtur tenebræ.

Scraite deſpectæ nugatorie.

Scrapedus ſcabioſus.

Screo as aui atum:quod eſt mittere unam carnem in aliam ſuperhabundare.

Screa pituita.

Scriba ædilius.

Scriba librarius:qui pertinet ad libros & ad char/ tas publicas.

Scriba a ſcribendo dictus.huius inſtrumenta ſunt calamus & penna.

Scriba dicitur qui in corde habet, ſcripturam legẽ ſcilicet.ſcriptor uero qui ſcibit.

Scribæ dicuntur in lege doctiſſimi.

Scribere aliquid ſimpliciter: conſcribere multa ſi mul uel cum aliis.exſcribere quod ab aliis ſit ſcri/ ptum:tranſcribere tranſferre: cum ius cuiuſq; in alium trãſit:iſcribere accuſare aſcribere aſſignare deſcribere dictionis uel orationis eſt.

Scriptat frequenter ſcribit inde iterum ſcriptitat.

Scrinatur rugit aut bucinat.

Scrinium quaſi ſecretorum uel ſcriptorm publico rum reconditio.

Scriniũ riſcus.

Scriniarii libellarii:chartularii publici.

Scripulus ſex ſiliquarum eſt dictus per dimunitio nem a lapillo breui:qui ſcrupus uocatur.hic apđ græcos grãma dicitur.

Scripulus.yiii.calcis. yi.ſiliquis cõſtat: quique ſcri bitur.SS.Scripulor aris tus ideſt ſollicitor. Nam ſcurpus breuis quidem eſt lapis ſed qui non ſi ne difficultate calcetur & pertractetur.

Scrupus difficultas dicitur.

Scripuloſus animi minuti & aſperi.

Scrupus enim harena durior.

Scripulum pulegium campeſtre.

Scrobes ſunt foſſæ.

Scrobonem Lucanus etiã dixit fœminino genere.

Scrobs ſcrobis inuẽitur etiam maſculinum quod eſt foſſa.

Scrupus lapillus minutus & aſper: qui ſi inciderit in calciamento moleſtus eſt:unde & animi mole ſtiam ſcrupulum dicimus:hinc & ſcrupeaſis ideſt petra.ſcrupus.yi.ſiliquas penſat.ſcrupus proprie

lapidum multoꝝ cumulus.
Scrupulus lapillus uel ſollicitudo difficultas.
Scrupulum.langor ſuſpicatio cura ſtumulus.
Scrupuloſitas anxietas mæſticia ſollititudo.
Scrupulatur ſollicitat.
Scrupuloſa ſuſpecta dubia.
Scrupoſa ſpinoſa aſpa.
Scrupea ſaxa apera acuminata nigra lapidoſa uel glarea.
Scruferatirii uiles atq; contempti.
Scrutari inquirere inueſtigare priſ.
Scruto & ſcrutor idem ſignificabat antiqtus.
Scrutinum iter baptiſmi a ſcrutando dicitur: utrũ fixa mente teneant quæ a magiſtris didicerunt.
Scudicia dicta quod circa terram aperiat:hanc alii foſſorium dicunt.quæ foſſam faciat.
Sculcai in lege.p cabalcada.
Sculdais rector lingua barbara.
Sculptilia ſunt manufacta idola a ſculpẽdo.
Sculpere cælare incidendo deſignare.
Sculpo pis ſi ſculptũ:inde ſculptile ſculptura.
Sculprum ſcapellum.
Scrura irrilor.
Scurronem ergo irriſorem dicimus:
Scurra a ſequendo dictus : qui ſectari quempiam ſolet cibi gratia.
Scurilitas iocus turpis Improbus:ut eſt uelut cæcus currit.
Scurror aris uilis reputor adulor iocor.
Scuſante dictus:qui nunc diſcus a ſimilitudine ſcuti:unde ſcutella:
Scutica ſcoriata genus flagelli.
Scutra uas æneum æquale in fundo latum apertũ deſuper.
Scutum dictum quod a ſe excutiat telorum ictus: hoc ſcutum uel hæc ſcuta rotunda forma: inde diminutiuum ſcutula & ſcutella.
Scutellio a ſcuto per diminutionẽ.Eſt enim eiuſdẽ ſimilitudinis.
Scutulatus equus dicit' propter orbes:quos habet candidos inter purpureos.
Scutulata genera ueſtimentorum dicta:qd' orbiculos quoſdam habent in ſimilitudine ſcutularũ
Scutula munile ex auro cõpoſitum.
Sdamatum noĩamus tumorem mollem carnis inflatæ ſine dolore ſicut mortuos uidemus.
SE.pro he græco dicimus.ſe præpoſitio.p λια græca ſeparatiua eſt:ut ſeparo:eſt etiam abnegatiua: ut ſecurus.a ſe fit ſeorſũ: ut a de deorſum:a ſuper ſurſum. Quidam ſe dicũt a ſemis quia ſeparat uł a ſecus deriuari·Quidam uero ſemis & ſecus a ſe Se præpoſitio inde componitur ſeorſum ſegnis ſegnicies:ſecurus ſecuritas ſecretum unde ſecretarium.
Semus ma mum unde ſæmula læ componitur ſemita & inde fit ſemis:unde componitur ſemiuſter & ſemihomo.
Seba quod eſt ſeptem ſyrum eſt:a quo nomine ſabbatum.
Sebaſtes pinciorum lingua auguſtus menſis græce dicitur.
Seben nis proprium herois:ſocii ulyxis.
Seuum adeps axungia.
Seuum a ſue dictum:quia ſueuum eo quod plus pinguedinis hoc animal habeat.
Secat ſecernit diuidit ſeparat. Seco ſecas ſecui ſectus.
Secedere dicimus per ſingularitatem ſicut decedere per mortem abſcedere per abſentiam.
Secel latine ſydus dicitur.
Seceſſit abſceſſit.
Secernit qui ex multis ſeorſum eligit ſeparat.
Seceſſus a ſecedẽdo dictus:qd ſit locus ſecretus & ſine acceſſu.Seceſſus latrina ſtercutium.
Socius aliter a ſecus comparatium.
Secludit expellit ſeparat excludit.
Secluſa incluſa:
Secluſum apertum.
Sæclum pro ſæculum.
Secretum arcanum ocultum opertum myſticum a
Sſecerno ſecreui ſecretum.
Secta a diuiſione dicta quaſi ſectio.unde ſectæ philoſoforum uel hæreticorum dicuntur.ſecta a ſequendo & tenendo dicta:Nam ſectas dicimus habitus animorum :ac inſtituta circa diſciplinã uel propoſitum:longe alia in religionis cultu q̃ cæteri opinantes.
Sectatur ſequitur inſidiat'.
Sectio dicta a ſequendo ea quæ cœpit.
Secto & ſector idem ſignificabat ãtiquitus :.imitor.
Sectores proprie dicuntur:q bona.pſcriptorum & ſecant & diuidunt.
Sector diuiſor abſciſſor cultor uſurpator.
Sectile dicitur: quod leuiter ſecari & findi poteſt hic & hæc ſectilis & hoc ſectile.
Secubat ſequeſtrate cubat ſecedit.
Secuit & ſecauit dicitur a ſeco.
Sæculat temptat.
Sæculum ætas æuum temporis ſpacium:uite curſus.
Sæcula generationibus conſtant:& inde dicta qd ſequantur: abeuntibus enim aliis alia ſuccedunt huncquidam dicunt quinquageſimũ annũ quẽ hebræi iubileum uocant:ob hoc & ille hebræus qui propter uxorem & liberos amans dominum ſuum aure percuſſa ſeruitio ſubiugat' ſeruire iubetur in ſæculum hoc eſt uſque ad quinquageſimum anum.
Secum apud ſe.
Secundat proſperat:in bonum uertit.
Secunda proſpera abundans felix beata.
Secunde folliculi dicuntur qui ſimul cum infante naſcuntur dicte:qui cum egreditur conſequuntur
Secundus dicitur quia ſecus pedes:& eſt tractum a ſequentibus ſeruis pediſequis:unde & ſecũda fortuna dicitur : quod ſecundum nos eſt ideſt prope nos. ſecundæ autem a ſequendo dictæ.
Secundum iuxta:circaata.
Secuplum ſexies tantum.
Securis dicta:quod de ea arbores ſuccidantur qua

ſi ſuccudis:ex una enim parte acuta eſt ex alia foſ ſoria:hic apud ueteres penna uocabatur:utramq; uero aciem habens bipennis dicitur.

Secures ſigna ſunt:quæ galli ante conſules fere/ bant:quas hiſpani ab uſu francorum p deriuati onem franciſcas uocant.

Securus dicitur quaſi ſine cura ideſt frigidus: per quod inutile accipitur.Securus non dubitans fir mus munitus.

Secus prope iuxta cata.Secus aliter uel alias:unde ſecus dicitur.

Secutor ab inſequendo rætiarium dictus: geſta\ bat enim cuſpidem & maſſam plūbeam:quæ ad uerſarii iaculum ipediret.

Secutus imitatus obſequens inſequutus.

Sed per d ſcribi debet:antiquitus enim ſedum di/ cebatur.

Sedat mulcet placat.

Sedatus placidus lenis temperatus.

Sedatius tranquillius.

Sedachias interpretatur iuſtus domini ſiue regis iſrael.

Sedentulus iam ſine dentibus.

Sedere ſeorſum dare in ſedibus uel ſtratibus.

Sedet animo certum habeo placet.

Sedeo ſedes neutrum:inde fiūt actiua obſideo ob/ ſideor poſſideo poſſideor & neutra inſideo ſubſi/ deo reſideo.Quæ compoſita quis in præſenti e i i mutant in preterito tamen eandem productam ſeruant:& geminant ſſ in preteritis uel ſupinis:ut poſſedi ſſum:ſſu ne duæ partes putentur ſe ſum. ſedeo in monte dicitur & in montem & monte & montem.ſedeo es inde dicitur ſedile ſeſſor ſe\ des ſella ſellaris.

Sodalis quaſi ſedalis.

Solum ſolii componitur aſſideo circunſedeo : obſi deo:præſideo:diſſideo:inſideo ſubſideo: cōſideo reſideo:unde obſes obſidis pſes pſidis pſul pſu/ laris præſulatus tus præſidium:obſidio obſidio/ nis iſidior aris:unde inſidiæ inſidioſus: ſubſidiū diſſidium Reſes dis.deſes:unde deſidia deſidio ſus:poſſideo:unde poſſeſſio poſſeſſiuncula. poſ ſeſſor poſſeſſiuus a um.

Sedes dictę quod apud ueteres romanos non erat uſus accumbendi:unde & conſidere dicebantur. Nam ueteres ſedentes epulabantur.

Sedes ſingulari numero proprie regni eſt:q thro nus dr græce.

Sedilia loca ſunt in quibus ſedere quis poſſit.Sedi le lis . Seditio ē diſſenſio ciuium dicta:quod ſeor ſum alii ab aliis eant.Nam hi maxime tumultu gaudent.Alii putant ſeditionem diſſentionem animorum dici:quam græci uocant. differt tamen:poteſt enim eſſe bellum ut tumul tus non ſit.

Seditioſus qui diſſenſionem animorum facit & diſcordias gignit:quam græci dicunt.

Seditio quaſi ſedatio per cōtrarium.

Seducere eſt decipere item alicunde ad aliud ali/ quem perſuadendo ducere:ut a malo ad bonum qui bonus eſt ſeductor.

Sedulus ſtudioſus frequens firmus: ſollicitus aſſi duus.Sedulo inceſſanter aduerbium eſt.

Sedulus familiare uerbum terentii ideſt ſine dolo ideſt alias aſſiduus.

Sedus ſine dolo ideſt uirtus.

Sedimum ciuitas burgundiæ.

Sefanciro lepus irricius ſiue lupus eorū.

Sefar interpretatur tubicinatio.

Sephora interpretatur gallina.

Segia ideſt iſopus uirtutem habet callidam.

Segenum caprarum.

Seges ager eſt in quo ſeritur:unde Virgi.illa ſeges demum uotis reſpondet auari agricole.ſeges me ſis a ſecando dicta:manipuli.

Segmenta ſunt faſciæ : quibus faſciatur caput hic ſegmentata.

Segmenta ſunt redimicula mulierum nobiliū un/ de ſegmētatus ideſt iſtructus.

Segmentum monile a collo in pectus dependens.

Segmentata ueſtis quibuſdam zonis & quaſi pre ciſamentis uel pertuſamentis ornata.Nam parti culas cuiuſque materie abſciſſas preſegmina uo cant.

Segnis ideſt ſine igne:ut ſecurus ſine cura . ſegnis piger debilis otioſus:ingenio carens frigidus.

Segnities:pigritia torpor:tarditas.

Segnicies uitiū animi eſt.Segnicia uero corporis.

Segor una ex quinq; ciuitatibus impiorum. quæ celeſti igne conſumptæ ſunt:de qua hebræorum opinio eſt:quod frequenter terræmotu ſubruta bale primum:poſt falſa dicta eſt:& idcirco poſtea loth ſedens in ſegor dicere:ſi cum cæteræ urbes ſtarent:adhuc iſta ſæpe ſubuerſa eſt:quanto ma gis nūc in communi ruina non poterit liberari: & hanc occaſionem infidelitatis etiam in filiarum coitus dediſſe principium:qui enim cæteras ui derat ciuitates ſubrui & hāc ſtare:ſeq; dei auxilio erutum dubitare non debuit utiq; de eo quod ſi bi conceſſum audierat.ſegor interpretatur loque la inutilis.Segor ubi balſamum gignitur : & co pia palmarum eſt.

Segregat ſeparat diuidit:diſcernit ſecernit.

Seiam deam pagani fingunt quam preponūt fru mentis q̄diu ſub terra ſunt:cum uero iam ſuper terram ſeges eſt faciunt deam ſegetiam : frumē tis uero germinantibus proſerpinam i uolumē tis uero folliculorum uolutinam :florentibus ue ro floram:collectis & reconditis deam rutiliam.

Syr interpretatur hiſpidus & piloſus.

Seiugæ maxime currus iouis.

Seiugat ſepat diuidit.

Sela hoc ē diaplalma ſemper trāffertur ut domini eſt ſalus:& ſuper populum tuum benedictio tua Sela ideſt ſemper.Nam ut nos ad diſtinctionem medium ponimus explicit feliciter uel huiuſ/ modi ita hebræi aut quæ ſcripta ſunt roborantes domini amen aut in ſempiternum ſcripta & ſcri benda conmemorantes ponunt ſela : aut tranſa

u iiii

cta feliciter proteſtantes dicunt ſalom ideſt pax ſe la diapſalma hebraice. Sela interpretatur umbra eius uel petitio.
Selamis tibiis uel tubis.
Selatus enſis more terrarum fulgidus.
Sella. a ſedēdo dicta quaſi ſedda.
Selenites lapis quem lunarem uocant: quia eius ĩteriorem cādorem cum luna creſcere & decreſcere dicūt: Selene enim luna.
Seleucia urbs quæ prius calamnæ uocata eſt: hāc condidit nembroth filius chus: quæ poſtea a ſeleuco rege uno ex pueris alexādri dicta eſt ſeleucia, aſſyriæ eſt.
Selechis græce appellatur auis deuorans locuſtas cui creator dedit ĩexplebilem deuorandi naturam: ut plagam hanc poſſit extinguere.
Seloe ciuitas.
Selinis ciuitas.
Selion græce apium. ſelinon interpretatur umbra.
Selo interpretatur dimiſſio eius.
Selon interpretatur locus tabernaculi.
Selom tranſitus ſiue reſtituens interpretatur.
Sellum cuſtos ueſtium ſacerdotum fuit.
Sem dicitur nominatus quod nomen expreſagio poſteritatis accepit. Ex ipſo enim patriarchæ & prophetæ apoſtoli dei & populus dei. Ex ei⁹ quoq; ſtirpe chriſtus cuius nomen ab ortu ſolis uſq; ad occaſum:
Semegar nomen aduenięns ſiue colonus interpretaur.
Semeia audiens dominum interpretatur.
Semel ad numerum ptinet: quod uerbo ab uno ſēſu non littera deriuatur.
Sæmen ſpuma eſt ſanguinis inſtar aquæ ſcopulo colliſæ ſicut nigrum. unum agitatum ĩ calice ſpumam albentem reddit. Sæmen eſt dictum quod iactum ſumitur: aut a terra aut ab utero ad gignē dum fructus uel fœtus.
Sæmentis fœminini generis ratio eſt agriculturæ de fructibus dicitur. Sæmen & hoc ſæminium animalium dicimus. hic ſæmentis & hoc ſæmen tum frugum: hoc ſæminatum uero cuiuſcūq; rei initium. Sæmen ſignificat diuinā prædicationē Semen eſt uerbum dei: Sæmen ſignificat alicuius opus uel per ſe credentes.
Semenſtris luna in medio menſe: quando eſt rotūda: unde ſemenſtris rotundus.
Semenſtra liber: in quo actiones ſex menſium continentur.
Semeſum ſemicomeſtum: non totum corroſū.
Semetrum inpfecta menſura quaſi ſemiſmetron.
Semet ſeipſum.
Semis ꝑ hemis græco.
Semiadeſa ſemicomeſa.
Semianimus ſemiuiuus uix uiuens.
Semicinctiū minus lata zona dictum quod dimidium cingat.
Semicirculus eſt figura plana: quæ ſub diametro: & eam diametrus appræhendit: circumferentia continetur.
Semicors minus habens cor.
Semicupium eſt uas: in quo pōt homo reſupinus iacere in modo lintris.
Semicaput dimidium caput.
Semiferus ex pte fera.
Semiermis ſine armis minus armatus.
Semimares ſpadones eunuchi: nō perfecte mares.
Sæminariū origo initiū.
Semineces exanimes inter mortuos & uiuos.
Sæminiuerbius ſæminans uerba.
Seminudus non totus opertus.
Semiobola latine quod græci ceraten uocant.
Semiquinaria diuiſio eſt: cum quinque ſyllabæ per medium diuiduntur ut arma uirumq; cano
Semiſeptenaria eſt cum ſeptem ſyllabæ per mediū diuiduntur: ut arma uirumq; cano troiæ.
Semipedalis menſura dimidii pedis.
Semipes claudus.
Semiplagium minus ræte uel lineæ adiunctæ ræ tibus. nā rætia plagæ dicuntur.
Semiplenus dimidius.
Semyramis regina aſſyriorum quæ urbem babylonam ampliauit: murumque eius ex bitumine & cocto latere fecit: uxor beli & mater nini.
Semiruta ex parte diſſipata non diligenter emundata priſ. hoc ſemis uel ſemiſſis. ſemis dictus q̄d medietas aſſis: nam ſex unciis conſtat quique ſic ſcribit. S.
Semis ſis ideſt medius inde ſemus a um ideſt non plenus.
Semiſpacium gladius eſt a ſpathæ longitudine dictum.
Semita eſt hominum: callis uero ferarum uel pecorum. tramites autem tranſgreſſa ſunt in agris ſemitula. ſemita duorum pedum eſt: ut alter in tranſitu tranſire nō poſſit quaſi dimidium inter dicta.
Semiuecors minus habens cor.
Semiuir ſpado eunuchus effeminatus.
Semiuiuus: uix uiuus exanguis.
Semiuſtus ex parte combuſtus.
Semō latine ſignificare poteſt conuenticulum in quo ſedentes honeſta & cauta uitæ myſteria celebrant.
Semon honeſtorum conuenticulum monaſteriū
Sermones quaſi homines.
Semidei uocantur dii: nec digni cœlo.
Sempiternitas ad deum: perpetuitas ad angelos: uel ad animas pertinet: primum enim ſemper fuit nec unquam eſſe deſiit: alterum eſſe cœpit: ſed eſſe perpetuum non deſiſtit. ſempiternus autem dictus quaſi ſemper æternus.
Semūcia idem & ſtater dicta quia ſemis habet de uncia: hinc & ſemis quia ponderis eſt ſemis quaſi ſemis aſſis.
Semiūcia dicitur ſemis uncia. nam duodecim ſcrupulis conſtat. quæ ſcribitur ſic.
Sennaar locus eſt babylonis: in quo fuit campus duran & turris: quam uſque ad cælum leuare conati ſunt.

Sennaar interpretatur dentis uacuefactio . iterpre
tatur ſutor eorum.

Senatus a ſenectute dictus:qui uel fundauit uľ au
xit romam . Iſti centum a romulo electi ſunt cen
tum a populo:qui ob ætatem ſenatores ob ſimili
tdinem curæ patres appellati ſunt . Dicũtur qui‑
dẽ & ceterarũ ciuitatũ ſenatores curie pricipes ſed
hæc ĩ antiqs.nã mõ ſenator dici nõ põt niſi in cu/
ria romana fuerit.nam primi ordinis ſenatores
dicuntur illuſtres.ſecundi ſpectabiles:tertii cla‑
riſſimi.Inferius genus non eſt.ſeneratores eo qđ
ſeniores eſſent:alii a nuendo dictos accipiũt: ipſi
enim agendi facultatem dabant :'quamuis enim
ſenatoria origine quiſque eſſet uſq; ad legitimos
annos eques romãus erat.deinde accipiebat ho
norem ſeuatoriæ dignitatis.ſenatus eſt ut Tullio
placet officium conſilio iuuare ciuitatem : Magi
ſtatus uero opera & diligentia ſenatus exequi uo
luntatem.

Senatus componitur ſenum natus ideſt natio di
gnitas uel ſignificat ſenatores.

Senator unde ſenatrix.

Senatus uel ipſe locus uel ipſa multitudo uel etiã
ipſa dignitas.

Senatus conſulta ſunt.quæ fuerunt ſenectus au/
ctoritate decreta.

Sena græcum eſt:quod latine dicitur bellua imũ
dum animal hanc enim phyſologus dicit aliquã
do marem aliquando fœminam.& ideo inmun
dum animal eſt.

Seneche græce cõtinuum:hic ſenicha paſſio ideſt
febris continua.

Senectus ſexta ætas hominis.quæ nullorum an/
norum numero terminatur hic multa ſecũ bona
& mala affert : bona quia nos ab ĩpudẽtiſſimis
dominis liberat uoluptatibus.Imponit modum
libidini:ſapientiam auget: dat matura conſilia.
Mala quia odioſa morbi debilitate ſubeunt.ſicut
autem ab anu anilitas ſic a ſene ſenectus . ſene/
ctus uenerabiľ non diuturna nec a numero ãno
rum computata.cani ſunt autem ſenſus hominis
& ætas ſenectutis uita imaculata. hoc propheta
dicit:quia iunioribus ſenectus quædam honeſta
tis ſit de libro ſapientiæ.

Senes dicti quod ſe neſciant.delirant enim per ni
miam ætatem.

Senes quidam dictum putant a ſenſus diminutio
ne:quod iam præ uetuſtate deſipiant.phyſici enĩ
dicunt puerorum & ſenum ætates conuenire .In
illis enim ſanguis nondum calidus ĩ iſtis iã frigi
dus . ſeneo ſenes ſenui unde ſeneſco priſc.

Senetio diminutĩuum a ſenis.

Senetiæ hærbæ dictæ cito areſcentes per macerias
naſcuntur.

Senectica pars theorice in tria diuiditur ideſt pſen
tia intelligere:futura præſcire præterita rememo
rare.

Senex nis ni hic ſenior comperatiuum quamuis
hoc quoque ueteres commune accipiebãt . hic
& hæc ſenex & ſenicis genitiuũ antiquitus.ſenex
nis ni. quantum ad ſuam uocem poſitiuum fixũ
ſenectus eſt grauior ætas poſt iuuentutem .ſeniũ
autem ultima ætas poſt grauitatem ueniens . ſic
ſenior & ſenex.nã ſenior adhuc uiridior . ſenecta
uero eſt ipſa ſors,ſiue cõdicio ſenectuti accedẽs.

Senecta ætas poſt iuuentutem .ſenium uero ulti
ma poſt grauitatem ſenior uero quinta ætas de‑
clinata a iuuentute in ſenectutem nundum ſene
ctus .ſed nec iam iuuentus:que a quinquageſſi
mo anno incipiens ſeptuageſſimo terminatur.
ſenium pars eſt ultima ſenectutis dicta.quod ſit
terminus ſexte ætatis.

Senior græce preſbyter dicitur nec perfecte iu/
uenis.nec adhuc perfecte ſenex:nam ſenex apud
græcos non preſbyter ſed geron dicitur.

Seniores maiores:longæui priores.

Senio alearum dictus ſic:cum dat ſenex.

Senection latini uocant hærbam:quæ p macerias
naſcitur:que grece erigon dicitur:uere primo ſe
neſcit:unde & dicitur.

Senones gallorum & quidam:qui romã inuaſerũt

Sẽnodochion cætus artificis.

Senorto ideſt fiat.

Senſa pro ſenſu corporis accipitur.

Senſibilia dicimus:que uix a motu corporis poſũt
diſcerni.

Senſim paulatim cunctanter timide.

Senſibilis uel ſenſilis a ſenſu deriuatur priſc.

Senſus eſt per corpus ad animam commeans mẽ
tis ſtimulatio.ſenſus ad naturam refertur.Intelle
ctus uero ad artem.ſunt autem corporis ſenſus
quinq;.uiſus auditus.odoratus: guſtus & tactus
hi non ex omnibus quatuor elementis ſũt . ſed
ex aere terreq; gignuntur.ex aere quidem uiſus
odor auditus ex terra tactus ſaporq; naſcitur.ſen
ſus dicti quia per eos anima ſubtiliſſime totum
corpus exagitat uigore ſentiendi unde & preſẽ
tia dicuntur. ſenſus eſt corporis eſt quoque ille
intimus ſenſus ex quo appellata eſt ſententia.
Senſus eſt rei cuiuſq; adinuẽtio: Memoria uero
rei inuente recordatio.ille excogitata reperit re
repta cuſtodit.

Senta hortida aſpera a ſentis.

Sentaria ſordida.

Sentia dea a ſententias inſpirando dicta . ſentẽtia
eſt liberi arbitrii alicuius expreſſum de re aliqua
iudicium quid ſit uel eſſe debeat aut non & hæc
uniuerſalis.Sententia eſt apd ciceronem oratio
de uita ſumpta que quid ſit uel eſſe debeat in ui
ta breuiter oſtendit ſic:liber eſt qui nulli turpitu
dini ſeruit ſententia dictum eſt imperſonale : ut
obſequium amicoꝝ ueritas odium parit huic ſi
perſõa adiecta fuerit criana erit:ut achilles offẽ
dit agamenonem uera dicendo . huius mul/
tæ ſunt ſpecies alie enim ſunt indicatiue alie pro
nunciatiue:ut nuſquam tuta fides: Aliæ Impera
tiue ut uade age uoca zephyros et cætera quarũ
quod ſunt ſiguræ ; tot ſunt in pronuncian/
do uoces ſunt & afidoxæ quarum pars hone‑
ſta eſt ut magna petis phæteon : Sunt & aliæ

ut prope catalépſis cum id quod nobis obiici po teratiante pſumimus ad diluendum ſunt & apo riæ dubitatio ſimulantis neſcire ſe quæ ſcit.
Sententia conſilium uoluntas iudicium ratio.
Sententioſus ſententiis plenus. In bono ſentẽtias accipimus niſi adiectione reprobationis.
Sentes ſpinæ: ſyluæ ſpinoſæ ſeu uiuæ. ſentes pſr declinantur. priſc. fœ. generis. Virgilius maſ culini.
Senticem rubum dicũt. ſenticem urſinam uulguſ dicit & frutetum aſperum nimis & ſpioſum quẽ auctores ranum uocant.
Sentus ſordidus.
Senta dicta a ſitu ideſt terra inculta: in qua ſentes & ſpinæ naſcuntur.
Sentis ſpina.
Sentoſa ſpinoſa.
Sentina aqua fetida & putens in nauis fũdo uel ipſa pars nauis ad quam tota decurrit aqua a ſẽ tiendo dicta.
Sentit intelligit putat animaduertit. ſentit per ta ctum uel aliquem alium ſenſum cognoſcit ſentio tis neutrum ex eo aſſentio or. diſſem tio or. ĩ una ſignificatione inueniuntur: aſſentor quoq; aſſen taris. ſentio tis ſi. inde dicitur ſenſus ſus ſenſibilis & ſenſilis litas ſenſualis ſenſatus ta tum ſentina ſentinæ. Componitur aſſentio diſſentio conſẽtio perſentio: præſentio. Inde aſſenſus ſus & conſen taneus.
Senturnia triſticia.
Seon interpretatur arbor infructuoſa ſiue elatus.
Seorſum ſeparatim ſequeſtratim. i parte:
Separat diuidit diſſonat.
Separ ſeparatus ideſt non par.
Sæpe ſæpius ſæpiſſime frequenter ad numerum pertinet.
Sæpenumero multotiens ſed ut numerari poſſit.
Sepedium refugium.
Sepelire eſt corpus condere. Nam humare obrue re dicitur: ideſt humum iniicere: ſepelio lis li & ſepeliui uel ſepelii ſepultum in uſu. nam ãtiqui ſe pelitum dicebant.
Sepetos baccas lauri dicebant.
Sepes ſunt munimenta ſatorũ unde & appellate.
Sepit munit circundat circuntegit. ſepio pis ſeptũ ſepia piſcis. de quo fiebat inclauſtrum ſepia dicta quia ſepibus intercluſa facilius capitur. obſcænũ genus: ore enim concipit ſicut uipera.
Seplaſurius negotiator. qui multa uænundat. quẽ græci pentapolim uocant.
Seplaſum ſtatio: ubi pigmẽta uænundantur: quæ dicitur myropolion.
Seponit ſequeſtrat comẽdat: ſeorſum ponit.
Sepes exigua ſerpẽs qui non ſolum corpus ſed oſ ſa ueneno conſumit maſculinum.
Septa circundata loca ſancta.
Septum ouile.
Septem pro hepta græco dicimus. hi & hæ & hæc ſeptem dicimus: ſicut cæterorum numerorũ no mina a quattuor uſq; ad cẽtũ & mille. ſeptẽ inde ſeptenus dicitur.
Septenarius ſepties ſeptimus ſeptimana ſeptuplũ compõitur ſeptẽplex ſeptemplico as ſeptemuiri ſeptangulus ſeptiformis. ſeptembris ſeptuagin ta. ſeptingenti. ſeptem oppidum a montibus ſep Stem gaditano freto iminet.
September nominatus a numero & ĩbre. quia ſep timus ẽ a martio & imbres habet: ſic october no uember & december.
Septẽber græce gorpheos. hebraice elul: ægyptia cæ tor macedõice gorpheus.
Septentrio qui zapartias uentus ideo ſic dictus: quia a circulo ſeptem ſtellarum conſurgit hic a dextris circium a ſiniſtris aquilonem habet. Se ptentrio ille eſt quem græci arcturum uocant: qa ſeptem ſtellarum radiis fulgens in ſe ipſũ reuolu tus rotatur qui ideo paluſtrum uocatur quia in modũ uehiculi uoluitur.
Septentrionalia a parte ſeptentrionis.
Septenarius ſignificat ſummam uniuerſitatis qa omne tempus ſeptem diebus conſumatur:
Septẽnis ſeptem annos habens.
Septimanam latini dicunt quaſi ſeptem luces nã mane lux eſt: hæc & hæbdomada dicitur.
Septuageſſima uel ſexageſſima a parte totum ſi gnificat mos eſt enim ſacræ ſcripturæ ſi tertium numerum ſupra decadem incurrerit ſequenti decadi deputare uerbigratia. ſeptuageſſimæ no uem ſunt hebdomadæ. quæ faciũt nõ niſi. lxiiii. dies uocatur tamen. lxx. a parte totum ſignificãs ſic & ſimilia.
Septuageſimã ægyptii celebrantes a carne abſti Snent alleluia non cantant. ſed tamen ſingulis hebdomadibꝰ diebus tribus. i. prima feria qnta & ſeptima ieiunium ſoluunt: & remanet in abſti nenti a trigintaſex quæ eſt decima totius anni. nam moſaica lex de omnibus rebus decimas da re percipit. ſexageſſimam uero græci celebrant quia eadem die quadrageſimæ ieiunium incipi unt ſimulq; cum eſu carnium alĩa dimittunt nã cum una quaque hebdomadarum quæ octo ſũt duos dies non ieiunent: non niſi xl. i abſtinentia remanent ueteris ac noui teſtamenti precepta ſer uantes quia ſiue in ueteri. ſiue in nouo teſtamẽto quadragenarius numerus ad pœnitentiã ptinet ſemper. In qnquageſſima uero indi & babylonii ieiunium inchoant quia in lege annus quinqua geſſimus iubileus ideſt remiſſionis uocatur & pſalmus quinquageſſimus in pœnitentia decan tatur ſimul igitur cum eſu carnium alĩa dimit tunt. Romani uero in xl. ieiunium incobant qua tuor tamen ante præſumptis diebꝰ propter dies dominicos quibus ieiunium ſoluitur & cõtinue ieiunant uſq; ad ſanctum paſcha nam ĩ lege mo ſes ieiunauit xl. diebus & xl. noctibus tempore propbetarum helyas. ſimiliter dominus noſter idem ſuo firmauit exẽplo quadrigeſſimã ſanctis doctoribꝰ itimari placuit: licet uſq; ĩ ſcũm paſcha duo dies ſupſint. xxxvi. dieꝝ ieiũio ut ait ſcũs gre gorius decimam deo damus: Relligione uero cre

ſcente a teleſphoro pontifice ſeptem hebdoma dæ in abſtinentia dicatæ ſunt:& hoc tempus nõ alio nomine rectius quam quinquageſſima i or dine uocari placuit.ex hoc deiceps collecta rõne qui yiii.hebdomadas obſeruarunt ſexageſſimã qui uero nouem lxx nominauerunt:non hebdo madarum uel dierum nomerum ſed tenorẽ no minis ſeruãtes Quinquageſſima autem a nõnul lis obſeruatur ut decimas ieiunando offerant:& dominum ieſum xp̃m imitentur. de ſeptẽ nãq; hebdomadibus ſi ſubtraxeris dies dominicos ce nam dñi & ſactũ ſabbatum non niſi xl.in abſtinẽ tia remanet dies:ſaxageſſimam uero exiſtima mus propterea celebratã quia prima & quinta fe ria ſuũ ieiunium ſoluunt.Remanentib9 de octo hebdomadibus xl.diebus in abſtanẽtia. Mechia des enim ap̃licus cõſtituit prima & quinta feria ieiunium ſolui propter ſactum chriſma quod in eo conficitur & reconciliationem pœnitentium & ipſa die dominus corpus & ſanguinem ſuum magnũ nobis profuturũ exibuit ſacramentum: & cœlos aſcendit: ſeptuageſſima uero a quibuſ dam celebratur:qua prima feria quinta & ſeptia ieiunium ſoluunt. Remanet enim de nouẽ heb domadibus nõ niſi XXXyi. dies ſabbatum autẽ celebrant:quia ipſa ueſperaſcente die gaudium reſurrectionis a fidelibus celebratur.

Sceptrum primum uirga eſt:deinde inauratur.ut regiam deceat manum ſignificat gloriam mun danam.

Septunx quia ſeptem unciis conſtat.qui ſcribitur ſic hic ſeptuncis.

Sepulchrum a ſepulto tantummodo tumulus de functorum:Monumentum nunc tumulum:nũc hiſtoriam geſtorum deſignat.tumulus uero nũc tumens tellus nunc ſepulchrum dicitur ſeorſum a ſepulchro.ſepulchrum mortis eſt habitaculum in quo proprie mortuorum corpora ponuntur ſepulchrum ſignificat uoracitatem gulæ menda cium adulantium.

Sepultus dictus quod ſine palpitatione & pulſu ẽ ideſt motu.

Sequax diſcipulus docilis.ad docendum aptus.

Sequani gens eſt.

Sequela mos ritus exemplum conſuetudo.

Sequeſter dicitur qui certaminibus medius in ter uenit:qui apud græcos apud quem pi gnora deponi ſolent:dictum a ſequendo. quod eius qui electus ſit fidem utraq; pars ſequatur. ſe queſter ſuſceptor pignorum ſequeſter ſequeſtri unde eius fœmininum ſequeſtra facit Virg.& pa ce ſequeſtra.in uenitur tamen etiam tertiæ decli nationis.

Sequeſtror aris ſequeſtratus ſeorſum pono repo no ſeparo diuido.

Sequi ideſt imitari ſeorſum currere poſt aliquem ire.

Sequens cedens molle flexum.

Sequor deponens.ſequo & ſequor idem ſignifica bat antiquitus.ſequor ſequeris inde ſequutor:ſe culum ſecũdum quoſdam ſecutio ſequax cis citaſ ſecta ſecura re:ſector per ſyncopam: ũde ſectator ſectatio:ſecata bil̃ componitur inſector conſector affector ſecus præpoſitio ſecundus ſecũdo as cõ ponitur a ſſequor ũde aſecula hoc per ſyncopam aſſecla.perſequor obſequor.perſequor: exequor inſequor:ſubſequor conſequor obſequium:ſe uerus: ſeueritas: ſequeſtris ſecius: ſocius ſecus oblicus.aut longe aliter.

Sera tarda ideſt ſerotina a ſero.Sera oppoſitio oſtii a ſero as.ſera genus piſcis dictum quod cum na ui contendens preſentias aperit ſed deficiens ſe rat ideſt claudit.

Serra nomen de ſono factum eſt ideſt a ſtridore: eſt enim prætenuis ferri lamina dentium mordi citate reſecans quæq; attigerit.

Serræ circinuq; uſum perdix quidam adoleſcens inuenit:ſpinam piſcis imitatus quem dædalus patruus ad docendum acceptum inuidia præci pitem ex arce deiecit de hinc exulatus ex creta pẽ nis uolauit.ut fabulatur de quo ouidius yiii:me tamorpho ſic habet.Ille quidem medio ſpinas in piſce notatas traxit i exemplum ferroq; incidit acuto perpetuos dentes:& ſerræ repperit uſũ pri mus:& ex uno duo brachia ferrea nodo uinxit ut æquali ſpatio diſtantibus illis altera pars ſta ret pars altera duceret orbem.dædalus inuidit ſa craq; ex arce mineruæ p̃cipitem miſit ſerra de q̃ ligna & marmora ſecantur eſt etiam lignũ habẽs multos dentes:qđ boues trahũt ad tormentãdos homines.

Serare claudeꝛ oppõere:uñ ſera:cõpõit̃ ſero ſeras.

Seraphin incendens uel pẽnæ uentorum .ſeraphi multitudo angelorum qui ex hæbreo i latinum interpretantur ardẽtes uł incẽdẽtes quia inter il los & deum nulli angeli conſiſtunt:& ideo quan to uicinius coram eo ſunt tãto magis claritate di uini luminis inflamantur:unde ipſi uelant faci em & pedes:ſedentis in throno dei:& idcirco cæ tera angelorum turba uidere dei eſſentiam ple ne non poſſunt.

Serapis ægyptiorum deorum maximus: Ipſe eſt apis rex arguiorum maximus:qui nauib9 in ægy ptum tranſuectis:cũ mortuus eẽt.ſerapis dictus eſt o in e mutata:quia ſoros græce dicitur arca:in qua mortuus componitur.

Serbotæ gens æthiopiæ xii.pedum.

Serenum purum:fulgidum: quietum fulgidum lætum hilarem ſerenum ad cœlum referi poteſt tranquillum ad mare.

Serenat ſerenum facit.

Seneꝛale pura luce.

Serere ſæminare:dicere affirmare. Serere dictum quod hoc ſereno cœlo faciendum eſt non per im bre .ſeres oppidum orientis a quo gens ſerum & regio dicta eſt nobilioribus frondibus fertilis e quibus uellera decerpunt: quæ cæteris genti bus ad uſum ſunt ueſtium:hæc a ſcytico & caſpio ad orientalem oceanum flectitur.

Seres populi apud quos bombices uermes ſericũ

ereant.

Sergii genus quorũdam romanorum nobilium a ſargeſto troiano: qui uenit: cum ænea deſcende/runt: Virg.

Seria ſingulariter uaſis genus orca unde ſe/riola.

Seria res ideſt ordinata: ſeria mitra. ſeria pſr. opia ludi neceſſaria modeſta utilia.

Sericum dictum: quia id ſeres primi miſerunt uermiculi enim ibi naſci perhibentur. a quibus hæc circũ arbores fila ducũtur qui uermes græce bõbices dicuntur.

Series ordo rerum longiſſimus unde ſeriatim idẽ ordinatim a ſerendo ideſt ordinando. unde ſe/ria orcarum ordo uel ſeria utilia & ordinata ali/qua.

Seriola eſt orcarum ordo directus uel fictile uas uini apud ſyriam primum excogitatum.

Serio alacriter uel utiliter: continue cito.

Serius modeſtus ordinatus. ſerius a um ſerus uero tardus.

Sermo plurimorum uerborum oratio, eſt a ſerendo dictus. quod nos cum præpoſitione dicimus a diſſerendo. unde ſermo ſancti auguſtini ideſt diſertio dicitur. ſermo collatio duorum uel plurimorum eſt quem græci dialogum dicũt dictus quia inter utrunq; ſeritur: eget enim alterius perſonæ. ſermocinari inter ſe fari: colloqui. ſermocinor ſermocinaris.

Sero ſignificat tarditatem & eſt aduerbium qualitatis: ſero as aui: oppono: ſero ris ſeui etiam ſerui antiquitus: pro ordinaui & immiſi uel pro ſeui & ſeminaui. unde ſatus & ſertus. ſero ris unde ſeries ſeriatim ſerta ſermo unde ſermotinus ſermocinor. tio. tor. ſatio ſatum. ſæmen ſæminarium ſementis: ſera ſeræ: unde ſero as: inde componitur reſeruo as. ſerio as ſemio. ſæmiator atio cõpõit diſſæmino & ſerum ſeri: unde componitur caſens ſero aduerbium unde ſerus ra rum. componitur aſſero diſſero: deſero: iſero cõſero: unde diſertor diſertio diſertus.

Serotina tardiora.

Syria ab oriẽte fluuio euphate:ab occaſu mari & & ægypto terminatur tangens a ſeptẽtrione armeniam:& capadociam a meridie habet autem in ſe prouincias comagenam phœniceam & palæſtiam.cuius pars eſt iudæa atquæ ſaracenis & nabatheis.
Syria interpretatur ſublimis.
Syricum rubri coloris pigmentum:ipſum eſt & fœniceum:quod ſyri & phœnices in rubri maris littoribꝰ legũt:eſt & interfacticium.
Syrius ſtella eſt:quã uulgo canẽ uocant.
Syrius dicta propter flammæ candorẽ quod eiuſmodi ſit:& præter cæteras lucere uideatr hæc oriens mundum ardore exurit interdũ morbo corpora afficit ab hac enim dies caniculares dicunt quod hi plus flagrant ardoribus quã dies totius æſtatis.
Syrius ſtella more canis poſita.
Syrus uero homo de ſyria.
Syrinx græce lattine dicitur fiſtula:unde ſiriga dicta:quæ in harundinẽ eſt mutata ex q̃ fit fiſtula.
Sirma eſt ſeries orationis tenorẽ ſuũ uſq; ad ultimum ſeruans:ut illud principio cœlum terras cãpoſq; liquentes lucentemq; globum lunæ titãia q; aſtra ſpiritus intus alit.Syrma longa reuolutio ueſtis uel alterius rei dicitur.
Syrma dictio lõga uel lõgaria idẽ lõga ſcriptura.
Syropheum uirginale pallium fuit.
Syrophæniſſa fœmina de ſyriis.qui ſunt in fœnice chananea.
Syromaſtes fortis.
Syro græce traho:ũde ſyrtes.
Seiro uero canto:unde ſirenes in mari eſſe dicuntur dulciter canentes.
Syrpe hærba quædam a qua proceatur lac.ſyrpicũ ideſt laſer.
Syrtes ſinus africi maris duo maior & minor.qd in ſe naues trahat.
Syrtes ſunt harenoſa loca in mari quas Salluſtius a tractu uocari dicit:quod ad ſe trahant & appropinquanti uadoſo mari hæreant:hæ mari ægyptio uicinæ ſunt:& pariter admiſcentur.
Syrtes tractus aquarum rapaces. Scopuli ſupra mare:loca haneroſa uel arida accedunt.& recedunt.
Syrtis cum plurale ſẽper ſit quomõ alpis tñ ſignificat ſingulariter a poetis pfertur:& facit hæc ſyrtis has ſyrtis q̃a græce ſyrteis.
Syrtites gẽma dicta quia ĩ littore ſyrtium primum inuenta eſt in parte lucaniæ.
Syrtis lapis dictus a ſiriatubi reperitur.
Siſanium genus pomi græcum eſt.
Siſara & iabin principes militiæ quos occiderunt mulieres debora & barachi torreute cyſon.
Siſara interpretatur futurum iudicium uel gaudii excluſio uel equi uiſio.
Siſer genus leguminis uel piſcis neutrum.
Siſimbrium hærbæ genus.
Siſmus græce terremotus & fumus.
Siſiphus ſaxum contra uerticem montis uertere dicitur:quia prodidit Iouem de ægma aſopi filia.
Siſtarchie proprie ſunt nautarum.dictæ qd ſint ſutæ ſubſtantiæ uel uaſcula:in qbus portantur cibi
Siſtemata pricipales partes muſicorum.
Siſtere interdum reſiſtere uel prohibere ideſt qui aliquam rem in loco ſtare facit repugnat.
Siſtitur pñtatur:obtinetr.
Siſto tis ſteti a ſtatuo ſtatui.
iſtrum ab inuentrice uocatum.Iſis enim regina.
Sægyptiorum id genus inueniſſe probatur hoc agmina uocantur.
Siſtrum lingua ægyptiaca dicitur tuba.cum qua Iſis deſcribitur.
Syſtole eſt correptio contra naturam.
Sita poſita.
Sitis nihil eſt:ſed ubi potus deeſt:nominatur ſitis ſicut tenebre:ubi non eſt lux.
Sitis:inde ſitio ſitis componitur ſcyphus .i. ſitim fugans ſitio ſitis ſitiui.
Siticuloſus qui ſemper ſitit.
Sitis ditirur quaſi ſiccatio iminens ſucorum.
Sitis gẽma uiridis uel ſicut dicitur iaſpidis genus

x iii

dicta quod in ſcythia inuenitur.
Sy σὺ græce latine tu priſc.
Sythonia thracia a rege ſithone.
Sithonius mons thraciæ:ubi perpetuæ niues ſũt.
Sitropedes uaſa fictilia coquendi cum tribꝫ pedibꝫ
Situla ſerpens dicta: quia quem momorderit ſiti pereat:eadem & dypſa.
Situla dicta:quod ſitientibus apta ſint ad bibendũ quod græci cadum dicunt.uulgo modiolum dicitur.
Sitim poſitum uel poſitio:ſeu compoſitio,ipſa a ſinor.
Situs habitus odor malus:ãtiqtus natura:modus.
Situs proprie eſt humor diuturno tempore collectus in ſordes.
Situs tus negligentia a ſinor.
Situs antiquitas poſito.
Situs a poſitione dictus:ut quis aut ſtet aut ſedeat.
Siue ſeu:componitur ex ſi & uel.unde aliam coniunctionem quærit.
Smaragdus gemma:cui nihil uiridi' comparatur.
Smaragdus uirens nimium.dat lumen oleaginũ eſt fides integerrima ad omne bonum patula. qꝫ nunquam ſcit deficere a pietatis ope.
Smaragdina a ſmaragdo deriuatur penultima correpta.
Smyris lapis aſper & indomitus oĩa terens.
Smyma calami caſia in arboribus naſcũtur ad pigmenta.
Smyrna aſiæ minoris urbs canticum eorum interpretatur.
Smigmata unguenta.
Sabanum lauamẽtum.
Sobal interpretatur uana uetuſtas nomen uiri:unde orta eſt gens.
Sobath hebraice februarius menſis.
Sobrinus qui de ſorore naſcitur.
Sobrius temperatus moderatus.
Sobrius ſine ebrietate.
Sobrietas parcitas temperantia.
Socita ſocer dicitur a ſocietate generis.
Socer uir qui generum habet.
Socrus uero fœmina.quæ uirum habet.
Socer ri.cuius fœmininum cum ſocera debuit eſſe ſocrus crus fecit.
Socci cuius diminutiuum ſocelli inde dicti: quod ſuccum habeãt:in quo pars plantæ initiatur.
Soci autem non ligantur ſicut caligæ: ſed tantũ inmittuntur.Cernui ſocci ſunt ſine ſola:ligati uero quos nos foliacos uocamus:clauati autem eo qđ de minutis clauis ſola conſigetur.
Soccis comœdi utuntur :genus eſt calciamenti.
Soccus calceolus.
Socifena quæ ſociat aliquos uel ſocitina a 'ſatione dicta ideſt lucina.
Sociat coniungit amicat inde ſocius a unde ſocietas alis aliter.Componitur conſotio conſocias cõ ſocius.
Socius a con ſocio dicit:particeps adiutor comes.
Socius eſt:qui in aliquo pacto mihi ad aliquo gerendum coniungitur Amicus uero eſt qui mihi uſu uitæ ſimiliter fidei amore coniungitur.
Socii dicuntur propter periculi:aut operis ſocietatem quaſi in unum colligati.
Societas amicicia pax :fœdus.
Secors iprudens negligens ſtultus : fatuus hebes ſecors quaſi ſiue corde.
Secordia ſtulticia.
Socrates primus philoſophorum.
Socratici pħorum genus.
Socrates romanus ſophroniſci filius diſcipl's uero diutime mulieris fuit.hic ex patre quodam cæſore lapidis ortus eſt & ipe diu paterna uſus eſt arte ideſt ſculptor ſtatuarum fuit.huius diſcipulus fuit plato ariſtonis filius:qui eloquentia ſua omnes philoſophos ſuperauit.
Sodales dicuntur qui ad ſymbola cõuenire conſueuerunt quaſi ſuum dantes:alias quaſi ſedãtes quod ſimul edant.
Sodalitas amicicia:idem & ſodalitium.
Sodes aduerbium alludentis uel uerbũ.blãdiẽtis.
Sodoma interpretatur excluſio eorum:inde ſodomiticus ſodomita ticius.
Sœne caſtrum in finibus æthiopiæ ubi eſt turris magdal:ubi ſunt nili cataractæ:uſqꝫ ad quem locum nilus nauigabilis eſt.
Sophar interpretatur ſpeculum diſſipans uel ſpeculatorem diſſipans.
Sophonias interpretatur abſcondens ea.
Sophonias ſpeculum uel arcanum domini intepretatur utrunqꝫ uero prophetæ conuenit ipſe enim ſcit myſteria dei.
Sophoneſis græce uirtus dicitur:que moderate & licitis utitur ideſt temperantia.
Sophronium pudica.
Sophon pudicum græce caſtitas non ſobrietas.
Sogolla quod ſymachus ideſt ꝑcipuum tranſtulit.
Sol dictus quod ſolis appareat obſcuritatis fulgore ſuo cunctis ſyderibus.ſolis equi quattuor pinguntur pyrous ideſt ſplendens.Eous ideſt calens.æton ideſt ardens phlegon ideſt tepeſcẽs has enim quattuor naturas habet quãdo oritur ſplendens ē & ſic per cætera.
Solis radius nulli proprior nulli longinquior.
Similiter & globus lunæ æqualis eſt omnibus.
Similis ſol & indis & britannis eodem monento uidetur:cum oritur : nec dũ mergit in occaſum minor apparet orientalibus quam occidentalibus & item e contrario:ſol a nullo diſtat :nulli ꝓ̃tior nulli remotior.
Sol ſignificat dominum uel tribulationem.ꝑ ſecutionem uel apertam & manifeſtam rem.
Sol ſignificat prædicatores alis ſplendentes.
Sol ſingulariter ipſum luminare ſignificat pluraliter ipſos dies uel pro ſplendentibus rebus.
Sola deſerta ſingulis.
Solamen conſolatio lenimen a ſolor aris.
Solatium oblectamentum leuamen refrigeriũ.

Solarium dictum quod ſoli & auris pateat.
Solarium dicitur a ſolero as ideſt altum ædifico quæ excelſa eſt domus uel a ſole.
Solari conſolari.lenire ſubleuare.quaſi ſolidare.
Solor aris commune antiquitus: priſ.
Solero & ſoleror idem ſignificabat antiquitus.i.ſo ſolarium ædifico.
Solœciſmus eſt uitioſa compoſitio uerborum ut ter hominibus pro inter homines. plurimorum enim uerborum eſt inconueniens diſpoſitio: ſicut barbariſmus unius uerbi corruptio: dictus ſit ſolœciſmus a ciuibus: qui ex urbe ſolœ. que nũc pompeiopolis dicitur profecti: cum apud alios cõmorantes ſuam & illorum linguam uitioſe. incõſequenterq; confunderent.
Soloeciſmo nomen dederunt: unde ſimiliter loquentes ſoloeciſmum facere dicuntur.
Soloeciſmus apud poetas ſchena dicitur. quotiens in uerſu neceſſitate metri factus inuenitur, cum autem non eſt neceſſitas: remanet ſoloeciſmi culpa. fit autem per partes orationis: ut puta ſi unam partem pro altera ponamus. ut toruum nomen pro torue ad uerbium: apud amicum pro ad amicum. & ſiluis pro in ſiluis: aut per accidentia partibus aut per qualitas ſicut proprium pro appellatiuo: per comparationem. ut ſanctus hominum pro ſanctiſſimus. per genera ut amaræ cortices per numeros ut pars in fruſta ſecant: per caſus ut urbem quam ſtatuo ueſtra eſt: pro urbs. per modos ut itis pro ite per ſignificationem: ut ſpoliantur eos pro ſpoliant per tempora. ut cadit pro cecidit per perſonas. ut danai: qui parent atridis ſumite arma pro parētis. Accidentia autem partiũ orationis ſunt xii. Qualitas comparatio: genus numerus: figura: caſus: perſona ſignificatio: tẽpus coniugatio: poteſtas: ordo. fiunt ꝑterea plurimis modis quos omnes potius uitare debes, quam ſequi: qui regulã recte loquendi tenere ſtudes.
Soloeciſmus ideſt ſoloes uitium. quia linguã aliorum uitiat.
Soloeciſmus dictus ideſt ſani uerbi corruptela.
Solere conſueſcere.
Soleo es ſolitus ſum neutrum paſſiuum.
Solechis canicula ab ægyptiis dicitur.
Soleæ genus calcimenti a ſolo pedum uel uinculi.
Sollẽnes dies dicuntur: qui ad homines pertinent ut parentalia: ut cum quis defuncti officia ex pleuerit: dicitur ſollẽnia ꝑſtitiſſe.
Sollẽnia ſolita feſta: leticiæ religiones.
Sollẽnitas a ſanctis dicitur ita ſuſcepta: ut mutari ob religionem non debeat.
Sollẽnitas ab eo quod ſolet: nomen accepit. quõ perhennitas dicitur fluminis: quæ non ſiccatur per totum annum. Ideo autem ſollẽnitas celebratur. ne quod ſemel factum ẽ de memoria tollaꝛ.
Sollers dictus quod ſit ſollicitus in arte & utiꝉ.
Sollers enim antiquitus dicebatur. qui erat omni bona arte inſtructus.
Sollers ingenioſus ſagax: peritus cautus.
Sollertia induſtria: ſollicitudo.
Solea genus piſcis in mari dicta: quod ſit inſtar calcimentorum ſoliis. Nam ſoleæ græce genus calciamẽti purum ſolum habens.
Sollicitus inquietus anxius.
Solicitudo anxietas: confuſio ægritudo: mæror cura ſuperflua.
Sollicitudo moderata eſt ac temporalis non ut cura: quæ eſt ſine moderatione. unde dicitur eo qđ corruat.
Sollicitat commouet.
Solicophanes figura quæ maſculinum & neutrũ uel actiuum cum neutro iungit.
Solidum ualidum firmum quaſi ſolo datum: integrum.
Solidare: firmare. roborare integrare.
Solidus dictus: quia nihil ſibi deeſſe uideatur:
Solidum enim ueteres integrum dicebant & totũ unde & dicitur ipſe quinq; nũmiſma uocatur ꝑ eo quod principium effigia ſignetur.
Solidum apud latinos alio nomine ſextula diciꝛ. cuius tertiam partem ideo dixerũt tremiſſem qđ eundem ſolidum faciat tremiſſis. Ab initio uero unum nũmiſma unus argenteus erat. ſolidus aureus uel argenteus uel æreus qui nominibus & effigie principium inſignitur.
Solifuga animal eſt in ſardinia per exiguum aranæ forma dictum: quod diem fugiat: ſuper ſedẽtibus eſt pernicioſum.
Soliloquium dicimus cum ad interrogata ipſi nobis reſpondemus.
Soliſequia hærba eſt: quæ cum ſole oriente uel occidente flores aperit & claudit: hanc græci heliotropium uocant.
Solis gemma candida eſt trahitq; nomen ſpẽ ſolis: ſpargit enim radios.
Solyma poete dicunt corrupte pro ieroſolimam.
Solſtitiales dies dicuntur in quibus ſol ſtat creſcẽdi ſpacio dierum noctiumue.
Solſtitium enim eſt: cum ſol ſtat in aſcenſu uel deſcenſu.
Solſtitialis annus eſt cum ſol: expleto per omnia ſigna circuitu in id. unde principium ſumpſerat recurrit. Ipſe & ſolaris annus uel ciuilis per trecẽtos ſexagintaquinq; dies perficiꝛ.
Solſtitia duo ſunt primum hyemale yiii. kl. ianuarii: in quo ſol ſtat in deſcẽſu & dies decreſcere incipiunt. Alterum æſtiuum octauo Kꝉ. iulii quo ſol ſtat i aſcẽſu & noctes creſcere icipiũt his cõtraria ſunt duo equinoctia unũ uernale octauo Kaꝉ. aprilis alterum autũnale octauo Kaꝉ. octobris.
Solſtitium autem dicitur quaſi ſolis ſtatio.
Solſtitium æſtiuum ideo dicitur lampas quod ex eo die lampas ſolis claritatem & calorem maiorem accipiat.
Solſtitia duo apluribus eſſe dicuntur xii. Kalẽdas ianuarii: & duodecim Kalendas iulii: ſicque duo equoctia unũ duodecimo Kalendas aprilis alterum. xii. Kalendas octobris.
Solitum frequens aſſuetum uſitatum.

x iiii

Solium in quo reges ſedent propter tutelam cor-
poris ſecundum quoſdam a ſoliditate dictum
Alias per antiſtichon quaſi ſolium a ſedendo:
unde ſella quaſi ſeda.
Subſellia quaſi ſubſedia.ſolium latini.græci thro-
num uocant.
Sella regalis eſt.
Solon eſt totum inde ſollers ſollertia ſollertus ſol
licitus.
Solor ſolaris commune antiquitus conſolor ſub-
leuo.
Soluere liberare deſtruere fundere.
Soluo uis ui.ſoluor ſolutus:inde ſolutor ſolutio.
Componitur abſoluo diſſoluo: pſoluo reſoluo
reſolutorium.
Solus ſingularis uincus.
Solus ſolius.inde ſollitudo ſolitarius.
Solor aris ſolamen ſolatiū:conſolor. A ſolo fit ſol
quod ſolus luceat.uel ſuper omnia lucens a quo
ſolatium.Componitur ſolſtitium unde ſolſtitia
lis.A ſolo componitur ſoliuagus:ſollennis ſollen
nitas ſollenniter.
Solum ē omne:quod ſuſtinet a ſoliditate dictum.
Solum terra dicitur.
Solum inferior pars pedis eſt.dictum quod eo ter
ræ ueſtigia imprimimus:uel quia eo ſuſtinemur.
Solurius mons hiſpaniæ a ſingularitate dictus qđ
altior cæteris uideatur uel quod radius ſolis i eo
antequam ipſe:cernatur.
Solutus uētoſus uanus:garulus fuſus.
Soma dictum quaſi ſchema quoddam .i.animæ
ſepulchrum quod eſt corpus.
Soma græce corpus.
Somatopeia eſt incorporeis rebus corporeorum
attributio.
Somanites interpretatur obediens.
Somnus eſt:quod dormimus
Sōnium uero quod dormientes uidemus.quorū
ſomniorum Imagines ſex modis tangūt animū
Quædam enim ſomnia uentris plenitudine uel
inanitate occurrunt.quedam ex propria cogita
tione quam in die habuimus quædam ſpirituū
imundorum illuſione:ſicut augurientibus fiunt
quædam ſupernæ reuelationis myſterio ſicut in
ſomnis ioſeph angl's apparuit.Nonnunquam p
mixte:ideſt cogitatione & illuſione uel cogitatio
ne & reuelatione ſimul daniele dicente. Tu rex
cogitare cœpiſti & cætera.
Somnus ſignificat mortem carnis uel corporum
negligentiæ: aut calcatis deſideriis quietem
uitæ.
Somniorum Imagines tangunt animum his mo
dis uentris plenitudine uel inanitate illuſione &
cogitatione: Cogitatione ſimul & illuſione:reue
latione cogitatione ſimul & reuelatione.
Somnus eſt intimi ignis coercio & per membra
molita & labore relaxata diffuſa quies.
Somnium proprie ex uiſu procedit cū ſui uis ignis
quiete clauſa atq; ſopita eſt.Tunc cuiuſmodi erat
reliquie.& quibus in locis talia partaq; ſomniorū
ſimulacra naſcuntur ideſt rationabilia in capite
de ira & ultione in corde de libidine in renibus.
Somniū eſt:quod in cōmotionibus animæ obori
tur:uiſum uero eſt.quod ex diuina uirtute lega
tur admonitio cum angelicæ bonitatis conſiliis
regimur admonemur. Spectaculum cum uiden
dam nobis uigilantibus ſe offert cæleſtis pote-
ſtas dare iubens aut prohibens forma & uoce mi
rabili:Reuelatio quotines ignorantibus ſortem
futuram iminentis exitus ſecreta pāduntur.
Somnium uiſio oraculum.in ſomnium phantaſ-
ma quod & uiſum dicitur.
Somnium & ſimilia quæ habent m ante n in eadē
ſyllaba debent pronūciari.
Somnis impedimentum.
Somptophanech ægyptiace ſaluator mundi.
Sonam interpretatur pecus eorum uel dentes
eorum.
Sonare ſonum emittere uel facere.
Sono as & ſono nis eiuſdem ſignifications ſonui
ptñ ſonitum.
Sono as: ide ſonus ni.ſonitus tus ſonorus ra rum
Componitur diſſonus: armiſonus : altiſonus
conſonantia.A ſonus nomine componitur ſons
ſontis unde componitur inſons.
Sonorus bene ſonans ſono grauis.
Sons nocens culpabilis:dictus quaſi ſatis nocens
uel ſonando nocens.
Sonticus morbus ſacer:uorax.
Sonus ē quicquid ſenſibile auditur: ſonitus uero
confuſæ uocis.
Sonus eſt motus aeris:huius tria ſunt genera uoce
ut per fauces:flatu ſicut per tubam pulſu ſicut per
lyram & cætera.
Sopa ſupa.
Sophia græce ſapientia.
Sophi ſapientes.
Sophiſma figmentum:eo quod fingitur comen-
tum.
Sophiſmata falſæ concluſiones uerborum: ubi
in falſis ſententiis connexionis ueritas manet.
Sophiſticus ſermo caprioſus uel abundantius q̄
grauitatem deceat uerborum & ornamenta con
ſectans.
Sophiſta græce latine ſapiens.
Sophiſtica argumētoſa callida.
Sopire molire:lenire:ſepelire:blandire: dormiř fa
cere extinguere terminare.
Sopio pis ſopior ſopio ſopitum ſomno grauatum
ſoporatum uero perpetuo quieſcēs.
Sopor lenis ſomnus.
Soporor ſoporaris ſoporatus: ſomno grauatus
preſſus.
Sopio pis piui ſopitus ſopor.
Soporo ſoporas ſoporatus. Componitur ſopo-
rifer.
Sophonias propħa fuit:interpretatur ſpeculatio
dei uel ſapientia aut condenſio.
Sophocles grandiloquus ſcriptor fuit tragœ-
diarum.

Sophoſyne græce prudentia dicitur latine.
Sor fortis uel petra ciuitas ſiue tyrus interpretatur uel tribulatio hebræum eſt.
Sora ciuitas italiæ.
Soracte tis.mons eſt uerſus campãiam neutrum.
Sorba græce uel meſpila dicta ſunt poma ſilueſtria.
Sorba arbor cuius poma ſimilia ſunt meſpilis magnitudine & forma:ſed oſſa & folia non habent a ſorbendo dicta:quia dulcia ſunt.
Sorbet haurit uorat gluttit.
Sorbeo bes bui ſorbitum:inde ſorbillo diminutiuum & ſorbo bis.
Sordet horridum eſt:tabet languet:ſordeo ſordes ſordui.
Sordes macula tabes culpa uitium ſqualor illuuies.
Sordeo es ſco.hæc ſordes dis:ſordidus ior:ſſimus ſorditas:unde ſurdus:ior ſſimus ſurditas:componitur abſurdum.
Sordidus ſpurcus inmundus.
Sordido as actiuum hinc ſordeo es abſolutũ.
Sorech initium nouum.
Sorech genus uitis optime interpretatur electa uł dilecta ſicut in Iſaia.
Sores fluuius orientis uel gens.
Sorex ſoricis animal mus dictus:quod rodat & in morem ſerræ præcidat:A antiq ſauricẽ ſicut & clodum & claudum dicebant.
Soriſcula uaſculum aquæ.
Soritica ars eſt uel argumentum pħoꝝ.
Sorita proprie minutiſſimarum rerum i unum collectio:poniturq; pro minutiſſimis quæſtionib⁹.
Sornis quædam terra:quæ eſt ſecundum clima
Sarcophagus lapis dictus quod corpora defũctorum condita in eo infra quadraginta dies abſumantur.
Sarcos o n.græce arca dicitur. comedere.
Saroon ſepulchrum:arca in qua mortuus ponitur Iuuenalis de alexandro:Sarcophaco contentus erit.
Soror ita intelligitur frater. Nam ſoror ex ſæmine dicta:quod ſola cum fratribus in ſorte cognationis habetur.
Sororius ſororis filius.
Soros græce aceruus.
Sors fortuna:condicio fatum uel euentus.
Sors ſortis unde ſortiri.
Sors ſordis unde ſordes:quod quidam negant.
Sortilegi uates augures:qui dant ſortes.
Sortilegi ſunt qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam:quas ſanctorum ſortes dicunt diuinationis ſcientiam profitentur.
Sortitur diſponit ordinat:ſortem mittit.
Sortior & ſortio idem ſignificat antiquitus.
Sortior tiris tor.ſors ſortis componitur ſortilegus: e xors exortis.
Soſia proprium fuit lucrator interpretatur.quod lucratus ſit libertatem.
Soſii duo ſapientiſſimi fratres.
Soſpes incolumis:ſanus ſaluus. hic & hæc & hoc ſoſpes ſoſpitis ſicut & hoſpes hoſpitis. Nam neutra eorum in plurali inueniuntur hoſpita. Inueniuntur tamen hæc hoſpita & ſoſpita.
Soſpio ſaluto.
Soſpit ſalutat.
Soſpito as & ſoſpitor aris.
Soſpitans ſalutans.
Soſpitas ſanitas.
Soter ſaluator græce σωτὴρ.
Spatiatur deambulat.
Spatior aris.
Spadices equi uagi ruſati.
Spadix enim eſt ſubrubens color.
Spadix color palmæ:quam ſiculi ſpadicum uocat glaucus color.
Spadix cis penultia prod. Virg.
Spadices quos fenaticos uocant: proſulos myrteos.
Spadores ſunt ſurculi uitium fruge carentes dicti: quod ſint ſterilitate affecti.
Spado eunuchus caſtratus.
Spalangius muſca uenenoſa.
Spargos perſica lingua canem uocant.
Spargana infantiæ initia.
Spargo gis ſparſum.
Spargere diſſæminare.
Sparſa diuerſis locis poſita uaria diuiſa.
Spartæ ciuitas ẽ lacedæmoniæ.
Spartani iidem ſunt:qui & lacedæmones dicti propter ſerpentes aduerſus eos ex omni parte confluentes.
Spartana ciuitas ab ſparte filio phenei dicta:quod filius inochi fuit.
Spartus frutex uirgoſus ſine foliis.
Sparus genus gladii ruſticanum tælum a ſpargendo dom.
Sparus piſcis eſt quidam : qui a lancea miſſili dictus eſt:quod eiuſdem figuræ ſit.
Spaſmus eſt tenſio & coniectio neruorum cum dolore:uehementi & acuto alii dicunt quod ſit lætalis paſſio a corde dictum putauerunt.
Spatha gladius eſt longus ex utraque parte acutus. Ipſa eſt & rumphea a paſſione græce dicta: quæ pathos dicitur:unde patior pateris patitur: alii græce lacus ſit ſicut ipſa ſpata eſt. Alii latine autumant dictum ſpatum: quod ſpatioſum ſit & latum : unde & ſpatula in pecoribus.
Spatulæ fructus palmarum:antequam aperiant.
Spatulæ græce delitiæ.
Spatalo græce delitior.
Spatium interuallum requies laxamentum tempus æuum.
Spatiatur deambulat:huc illucque ſe deportat.
Species dñt multarũ rerũ collectiões i una uiſione.

monſtratæ.
Species forma imago effigies ſimilitudo.
Species eſt quod prædicatur de pluribus non ſpecie differentibus ſed numero in eo:quod quid ſit ut homo prædicatur de petro & martio & hoc homine.
Specialia nomina dicta:quia partem demonſtrant ut homo.ſpẽs.n.aĩalium eſt hõ.
Speciale ubi proprie uniuſcuiſque perſonæ facta narrantur.
Species eſt quædam in genere ſuo ſpecioſitatis forma:naturalem præſtans ſimilitudinem ſuis indiuiduis non inſtrumentalem.
Speciatim particulatim:membratim:per ſpecies p numeros.
Specifica pulchra ſpecioſa.
Specimẽ documentum iudicium ſignum experimentum ſimilitudo.
Specimen a ſpacio cis uł a ſpecie probatio formale decus.
Specioſus pulcher a ſpecie uel aſpectu:ſicut formoſus a forma.
Spectacula ludi erant:ad quos uidendos omnium ora patebant.
Spectare uidere:aſpicere ſuſtinere frequentanter aſpitio.
Spectabilis ſublimis:honoratus pulcher.
Spectaculum: ubi omniũ uiſui publica præbetur inſpectio.
Spectatus lucidus clarus comptus honoratus peruulgatus:probatus.
Specula ſunt in quibus fœminæ:uultus ſuos intuentur dicta:quod ſplendorem reddant uel quod ibi fœminæ intuentes conſiderent ſpeciem ſui uultus.
Speculum ꝓſpectus.
Specula locus ſpeculandi fœmininum.
Speculum lapis dictus:quod moř uitri traſluceat.
Specula feneſtra foramen p uitrum tranſlucẽs.
Specularia genera uehiculorum:de quibus ſpeculantur.
Speculari de alto proſpicere:aſpicere.explorare.
Speculator in eccleſia præpoſitus:eo dictus quod ſpeculetur atq; proſpiciat populoꝝ ſub ſe poſitorum mores & uitam.
Speculator eſt qui ex alto proſpicit.
Specus eſt foſſa ſub terra:qua ꝓſpici põt.
Specum latine antra græce dicuntur.ſunt autem loca:ex quibus repercuſſæ uoces imaginem referunt.Specum ſpelunca.
Specus huius ſpecus & hoc ſpecus ſpecoris & hoc ſpecum ſpeci.& hoc ſpecu &.hoc ſpeca.
Spelæa græce ſpelunca latine:eſt autem quod ripis eſt cauatum.
Spæleum græce dicitur ſpelunca concaua ſaxa dicuntur.
Spenicos græce cuneus latine:ut bis ter quater.
Sphæra mundi rotunditas uolubilis: & quicquid tale eſt a uolubilitate dictum:ſicut ex capillis uel pilis fit:quibus pueri ludunt.
Sphæra pila dicta a ferendo.
Sphæra corpus ex omni parte rotundum.
Sphæra quædam cœli eſt ſpecies in rotunditate formata : cuius centrum terra eſt ex omnibus partibus æqualiter concluſa:hanc nec principium nec terminum habere dicunt: ideo quod in rotundo: quaſi circulus : unde incipiat uel deſinat non facile comprehenditur.
Sphæras in carinibus a rotunditate græce dicimus.Quicquid enim in rotundo formatur:ſphera a græcis diciť.
Speramus tantum bona : expectamus uero bona & mala:hoc mire dixit Virgilius.
Sperchius amnis theſſaliæ.
Spero græce fæmino.
Sperma ſæmen.
Spermologos græce doctiloquus.
Spernit contemnit faſtidit.
Sperno nis ſpreui:ſpernor ſpretus.
Spretor componitur a ſpernor aris.
Sphærocles rotundum.
Sphæroteres nouæ ferulæ.
Sphærulæ calami.
Sphærulæ i modũ ſphæræ factæ rotũdæ ut calami.
Spes eſt futurorum bonorum expectatio:quæ exprimit humilitatis affectum: & ſedulæ ſeruitutis obſequium dicta quod ſit quaſi pes progrediendi ad deum.Spes eſt cupitorum Nemo enim ſperat.quod non cupit Spes eſt tabificus aſpis: qui dum mordet hominem ſtatim conſumit: ita ut liquefiat.
Spicam abuſiue de maturis frugibus dicimus Nã proprie cum per folliculum ideſt extremum tumorem emanant ariſtæ adhuc tenues in modum ſpiculi emanant.
Spica meſſis: unde ſpiculum dicitur Ser.hic ſpicus & hoc ſpicum.Spicio cis non eſt in uſu:ex eo aſpicio actiuum.
Suſpicor aris & conſpicor aris deponens coniugatione etiam mutata.
Spicio inde dicitur ſpecies ſpecioſus ſpecioſitas ſpecialis ior:litas.liter.unde componitur ſpecifico as ab aſpectu deriuatur.
Specto as.frequentatiuum:unde ſpectator : tatio.culum.ſpectabilis.Componitur expecto deſpecto.proſ.inſp.Aſpicio deriuatur ſpeculum a quo ſpeculor ſpecularis ſpeculator.atio ſpecula le. aſpicio componitur:perſpicio : circumſpicio proſpicio inſpicio aſpicio ſuſpicio conſpicio reſpicio.a quibus cætera deriuantur.aſpectus deſpectus.deſpectio proſpectus perſpicuus conſpicuus & cætera.
Spicula ſunt ſagittæ uel lanceæ breues a ſpicarum ſpeciæ dictæ.
Spiculor ſpicularis ſpiculator carnifex.ſpicus frondator auis quædam eſt.
Spina eſt iunctura dorſi dicta:quod habeat radiolos acutos:cuius uis iuncturæ ſpondilia appellantur propter parcem cerebri:que fertur per eos lõgo tractu ad cæteras corporis partes.

Spinæ a pungẽdo dictæ:quod ſint acutæ ut ſpicæ harum genera ſũt multa:ut herbæ & cætera.
Spina inde ſpinoſus ſpinetum.
Spinas dicimus ſentes.
Spinus uero eſt arbor prunus.
Spina ſpũalis doctrinæ uiros ſignificat.qui dum de uirtutibus & peccatis diſſerũt:cor audientiũ pungunt.Significant etiam ſicut dominus ait di uitias cũ ſollicitudine & uoluptate:quia ſuarum cogitationum punctione lacerant:& ad peccatũ pertrahendo uulnerant.
Sphingæ ſunt lecticæ:in quibus eſt ſphigiæ effi/ gies:quos nos gryphos dicimus.
Sphinx monſtrum eſt quoddã huius ſphinhis.
Spinter fibula.
Spiraculum flatus ſpiritus.
Spiracula dicta loca peſtiferi ſpiritus.
Spiramen ſpiraculum.
Spiritus uentus proſp.
Spiramentum ab aſpirando aerem laxamentum ſpatium:
Spira proprie eſt circulus non ad eundem punctũ reductus:
Spirare capita columnarum uel factura eaꝝ.
Spirae funes quibus in tempeſtatibus utuntur: quos nautici ſuo more tucurbas uocant.
Spiræ proprie funium dicunt a ſparto dictæ Nã ſpira inuolucrum eſt funium.
Spiræ uolumina gyri circuli nodi:quibus ſe ligãt ſerpentes.
Spirare uiuere eſt:expirare uero mori.
Spirat flat redolet.ſpiritum emittit.
Spirantia olentia: aut morientia quaſi ſpiritum trahentia.
Spiritus:uenti turbines.flatus aer tẽpeſtas:
Spiritum ita diſtare ab anima dixerunt auctores: Anima eſt ipſa uita hominis præſtãs ſẽſum mo túqꝫ corpori.
Spiritus autem ipſius animae eſt quaedã uis ac po potentia rationalis:ꝑ quam lege nature præſtare uidetur caeteris animalibus.
Spiritum & animam idem eſſe certiſſime pronun ciat euangeliſta dicens.poteſtatem habeo ponẽ di animam meam.De hac ipſa quoqꝫ domini rur ſus euangeliſta ita protulit: Et inclinato capite emeſit ſpiritum.Sed anima dicta pro eo quod ui uat ſpiritus uel ſpirituali natura uel pro eo quod ſpirat in corpore.Item anima flatus uite ẽ anima lem hominem faciens.
Spiritus autem ille eſt qui carnales concupiſcenti as calcat.Omnis anima ſpiritus eſſe poteſt non tamen ſpiritus anima
Spiritus ſanctus ideo predicatur deus:quia ex pa tre filioque procedit & ſubſtantiam arborum habet.
Spiritus ſanctus dictus ſecundum id quod ad ali quid refertur ſpirans.& ſpirans utique ſpiritum inſpirans eſt.& ex eo dictus eſt ſpiritus: proprie autem quodammodo dicitur ſpiritus ſecũdum quod refertur ad patrem & filium: quod eorum ſit ſpiritus.Nam & hoc nomen quod ſpiritus de us dicitur:non ſemper ſecundum id:quod refer tur ad aliquid ſed ſecuudum id:quod aliquam naturam ſignificat Omnis natura incorporea ſpi ritus in ſcripturis ſacris appellatur:Ideo ergo ſpi ritus dei ſanctus uocatur:quia ſanctitas eſt patriſ & fili.Nam cum ſit pater & ſpiritus ſanctus:& fili us & ſpiritus ſanctus:proprie tamen ille uocatur ſpiritus ſanctus tanquam ſanctitas coeſſentialis & conſubſtantialis amborum
Spiritus diſtincte accipitur quo rationamus & in/ telligimus:ut renouamini ſpiritu mentis ueſtræ ideſt mente:& caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: & ſpiritus aduerſus carnem:dicitur'etiã uniuerſa anima:ut inclinato capite emiſit ſpiritum: dici tur tamen alio modo a mẽte prorſus diſcrete ut ſi orauero lingua ſpiritus meus orat.mens autem ſine fructu eſt & habet difficilem queſtionem: la tiore autem ſignificatione deus ſpiritus uocatur: & iſte flatus aeris quamuis ſit corpus.
Spiritus uis animæ eſt mente inferior:ubi corpo/ ralium rerum ſimilitudines exprimuntur: ſicut pharao ſpiritu uidit:quo cum intellectus acceſſe rit:qui mentis eſt proprius fit reuelatio prophia doctrina:ſicut in Ioſeph fuit.
Spiritus nomen eſt naturæ:angelus uero officii. Nam illi beatæ patriæ ſpiritus:ſemper ſunt ſpiri tus:angeli uero ſolum:cumper eos aliqua nunci antur. ſunt etiã officiorum uocabula uirtutes: poteſtates & cætera.
Spiritus dicitur a ſpiro as pro ſpiratus ſicut halitus pro halatus.
Spiſſum denſum in unum collectum dictum qua ſi ſine paſſo.
Spiſſus ſpiſa ſpiſum ior ſpiſſiſſimus ſpiſſitudo.ſpiſ ſo ſpiſſas.
Spitames pſalmus.
Splendet fulget micat nitet lucet.
Splendor honor dignitas gloria: magnitudo.
Splendidus ior ſſimus:lucidus:clarus.
Splen lyen græci:nos ſplen dicimus:quod ſubtilis particula & longa eſt & cito flexibilis:quaque ri/ ſus mouetur iuxta cor.
Splenis & iecoris uiſcera quaſi ex couturbato ſan/ guine uidentur eſſe cõcreta:iuxta autem qui de phyſicis diſputant uoluntati ueneræ concupi/ ſcentiæ coſiſtit in iecore.Affectus iræ in fellæ: pa/ uoris in corde.læticiæ in ſplenæ:in pulmonibus uero aerem contineri affirmant.
Splen dictus a ſupplemento ex cotraria parte ieco ris:ne uacua exiſteret:quem quidem etiam riſus cauſa fictum exiſtimant.Nam ſplene ridemus.fel le iraſcimur.corde ſapimus.iecore amamus pri/ ſcia. hic ſplen huius ſplẽis.
Splenios hærba dicta quod ſplenem curet.
Sphodra græce ualde.
Spodaſtes amator.
Spoletum ciuitas eſt unde & ſpoletanus ſunt be/ neuentum beneuentanus.
Spoliat exuit priuat prædatur.
Spoliatus exutus depredatus.
Spolia ſunt priuatorum:exuuiæ uero ducum:ho.

ſpolium.
Spolia hoſtium.præda dicta quaſi pallia:uictis enī detrahuntur.
Spoliaria exteriores balneorum cellulæ:in quibus balneantium ſpolia reponuntur.
Sponda exterior pars lecti a ſpondendo: pluteus interior.
Spondet promittit pollicetur.
Spondeo es ſpopondi.
Sponſus ſponſor.
Spondeus pes dicitur quia tracti ſonat. Nam ſpō dius quidam tractus dicitur:qui fundebatur cir circa aures ſacrificantium:unde ibi canentes ſpō diales nominabant.
Spondeios graeci nos ſpōdeus di cimus.pes eſt qui conſtat ex duabus ſyllabis lon gis ut æſtas.
Spondolus eſt internodium ſpinæ dorſi.
Spōſio ꝓmiſſio deuotio.
Sponſores:uades ꝓmiſſores.
Sponſus uel ſponſa a ſpondeo dictus. Nam ſecun dum uſum tabularum matrimōi cautiones ſibi inuicem mittebant:in quibus promittebant ſe inuicem conſentire in iura matrimonii & fideiuſ ſores dabant:Cæterū proprie ſpondere uelle eſt. Ergo ſpōſus nō quia promittit:ſed quia ſpondet & ſponſores dat:
Sponte uoluntarie ultro.
Spontaneus uoluntarius.
Sporta genus uaſis de iuncis uel palmis factū inde ſportula culina dicitur:ad quam ꝓreportabantur ſportulæ diuitum cū cibis.
Spreuit deſpexit repulit.
Spretus contemptus repulſus a ſpno deriuat.
Spuere ſaliuam ponere:emittere:
Spuo is ſputum.
Spuma dicta ab eo quod ſpuatur: ſordes .n. ſunt undarum: quæ a muſto uel eis quæ coquuntur: purgantur:hinc ſpumare eſt ſpumam facere:ſpu moſus uero qui ſemp ſpumat.
Spumeum latinum eſt:quod græci dicunt.
Spongia a fingere dicta ideſt nitidare:eſt autem to ta latebroſa plena cauernulis totaq; aq̄ adimplet
Spurcicia inmundicia.
Spurcus non tantum impurus:ſed & ſæuus dr.
Spurius autem patre incerto:matre uidua genituſ quaſi tantum ſpurii filius:quia ueteres muliebrē naturam ſpuriū dicebant.
Spurcus dictus quod ſit impurus:ūde & ſpurcicia.
Spurcum uinū eſt:quod offerri nō licet:aut q aqua admixta eſt quaſi ſpurium ideſt immundum.
Spurii meretricii.
Spurius dicitur qui de patre ignobili & matre no bili naſcitur.
Spurius fauonius dicitur de nobili matre uel adul terio fœminæ.
Spurium baptiſma falſum corruptum & adulteri um.
Sputa ſaliua dum proiicitur a ſpuo is.
Squalere ſordere ſicca eſſe.
Squalidum deforme ſordidum incultum.
Squalidior ſimus ſqualiditas.
Squalor ariditas inquinatio ſordes deformitas. pallor:tabes macies.ſitus.
Squama ſerpentium uel piſcium cutis.
Squamata eſt lorica ferrea ex laminis ferreis: aut æreis concathenata in modum ſquamæ piſcis ex ipſo ſplendore ſquamatum & ſimilitudine dicta.
Squamea ſquamoſa ſordida.
Squamata genus piſcis dictus.: quod ſit ſquamis acutus:unde & eius cute lignum politur.
Squilla genus piſcis delicati.hic uulgo lota dicit.
Squinis:cuius flos ſquinātos dicitur: anthos enī græce flos dicitur.
Stabile firmum fidele certum immutabile forte.
Stabilis ior ſimus.
Stabula loca:in quibus pecora conſiſtunt.ferarum ſylua eſt:unde ſtabularius qui ſtabulum ideſt do mum hoſpitibus cōmodat.
Stabulum ſicut ſtabulo as a corripit & ſtatus ſtata ſtatum:& quæcunque nomina a ſto ſtas deriuāt. Excipitur ſtamē & ſtaturus.a.um:que producit.
Stabulo as & ſtabulor aris idem ſignificabat anti quitus ideſt colloco.
Stabuzaſma nomen fluminis.
Stachir latus ſpica.
Stacton eſt incenſum quod ex p̄ſſura manat dictū a græcis ideſt liqdus.
Stacte fructus cynamomi.
Stacte ideſt ſmyrnis cum lyſaba candidatur.genuſ ꝑtioſæ rheſinæ.
Stadium octaua pars miliarii conſtans paſſibus .cxxv.auctore hercule quod ſub uno ſpiritu hoc ſpatium cucurriſſet:ac proinde ſtadium appellaſ ſet:quoniam in fine reſpiraſſet:
Stadium.ſtadion græce dicitur.
Stadium ſignificat laborem.
Sadios dicit Macrobius.
Stadialis ager habet paſſus centum uigintiquinq; a ſtadio dictus.
Staphyle græce uua latine.
Staphylius græce botrys.
Staphyſagria hærba quinque digitorum.
Stagna loca alta:ubi aqua ſtat.
Stagnum lacus: qui non fluit dictum quod ibi aqua ſtet.
Stagnare ſtagnum facere uel pati cum aqua fluēs incipit ſtare.
Stanio portus.
Stractegus prætor.
Stauios græce crux.
Stare permanere:eſſe ſtupere.
Stat placet plenum eſt:heret immotum eſt.
Stater eſt numus habens ut quidam affirmant un ciam.i.aureos ſex.Alii putant tres. In euangeliis enim pro duabus didrachmis datur ſtater. Sta ter qui & ſyclus uiginti habet obolos græcum ē.
Stater dictus quod tribus ſolidis ſtet appendens aureos tres.
Stater nummus appendens ſemi unciam unam ideſt ſemiaureos tres hic duplicat unciam facit
Stater continet quattuor ſcrupulos: hic ſtater

ſtateris.

Statera ē geminæ ponderum lances æquali exami ne pendens dicta: quod ex duabus lancibus & uno medio ſtilo librata pēdeat.eadem & trutina & campana.

Statio ubi ad tempus ſtant naues .portus aūt ubi hiemant īmotus ab acceſſu uentorum.Statio idē & ieiunium de militari exemplo dicta pro eo:ꝙ nulla lætitia àdueniens caſtris ſtationem militū reſcindit.diſcernunt autē quidam dicere ieiuniū indifferenter cuiuſlibet diei abſtinentiam eſſe: non ſecundum legem ſed ſecundum propriam uoluntatem.ſtatiōem autem obſeruantiam' eſſe aut ſtatutorum dieꝝ:ut quartæ & ſexte feriæ ī ue teri lege.aut temporum aut ieiunium quatti & quinti & ſeptimi ac decimi menſis uel quadrage ſimæ. his tertium genus quidam addunt:quod xeroſagium dicunt abſtinentiam ſcilicet ciborū humtium:unde & dicitur quo ſiccis quibuſdam utantur.

Stationes uigiliæ:excubiæ:uices.

Stataria a ſtando uel a ſtatera ideſt pacifica uel tran quilla.

Statim continuo certe mox.

Staturiarium' conflatorium.

Statua ſimulacrum Idolum.Imago. Statuo & ſiſto ſtatui faciunt.

Statuit ædificat decernit iudicium facit ponit.

Status quæſtionem ſignificat.ſtatuta uero q̄ntita tem uniuſcuiuſq; rei.

Status apud rhetores dicitur ea res:in qua cauſa conſiſtit.i conſtitutio græci antem ſtatum a con tentione dicunt.latini uero non ſolum a pu gna per quam expugnent propoſitionem aduer ſarii:ſed quod in eo cōſiſtit pars utraq;.Status cau ſarum ſunt duo:rationalis & cauſalis.

Status tus penultimā corripit. Virgilius.

Status poſitio eſt conſtitutio.

Stauorati genus pallioꝝ depictoꝝ'ex ſtorace que gutta ſimilis eſt mali cidonii.

Stephadium dictū quaſi ſtipendium:ſic.n. prius ce ptum eſt.

Stiphadium a ſtipitibus quaſi ſtipiadium. prādi um.

Stephanus martyr primus in nouo teſtamēto fuit qui hebraice interpretatur norma eorum quod prior fuerit in martyrio ad imitationem fideliū Idem græce coronatus interpretatur paſſus' eni & quod uocabatur:accepit. Stephanus græce co rona dicitur.

Stegnone croocles ideſt abſtractum uel ſolitū infir mitatis genus.

Stenopatia adſtrictum corpus.

Stelenus filius capanei.

Stellæ a ſtando dictæ:quia fixæ ſunt ſemper in cœ lo:nec cadunt:Nam quod uidetur ſtellas labi:nō ſunt ſtellæ ſed igniculi ex aere lapſi qui fiūt dum uentus altiora petens æthereum ignem ſecum trahit.

Sella uero eſt qualibet ſingularis.

Sydera ſtellis plurimis facta ut hyades. Aſtra ſtel læ grandes ut orion lucifer:ſed confunduntur.

Stellæ immobiles ſunt & cum cœlo fixe:perpetuo cum eo motu feruntur.

Sydera uero aut feruntur.ſicut quæ cœlo fixe ſunt aut mouentur ſicut plauete ideſt erraticæ Nume rus eſt circulus ſtellarum per quem cognoſci dici tur ī quāto tempore una quæq; circulum ſuum percurrat ſiue per longitudinem:ſiue per latitu dinem. Nam luna nouem annis fertur explere curſum ſuum. Mercurius.xx.lucifer nouem.Sol xiiii.ueſper decē & quiq; phaethon.xii.Saturnus xxx.quibus peractis ad reuerſionem circuli ſui uel iiſdem ſignis & partibus reuertuntur in am bitu quidem.vii.cæleſtium orbium inferiori cir culo luna pr mum eſt conſtituta. Secundo Mer curius ſolis celeritati par.ſed in quadam ut philo ſophi dicunt contraria.Tertio uenus dicta luci/ fer quia inter quinque plus lucis habeat. Quar to ſolis curſus.quinto ueſper: quem marti aſſi gnat Sexto phaethon:quem iouem appellant in ſummo uertice ſaturni ſtella poſita eſt hæc autē ſydera planetæ ideſt errantes uocantur. non qđ errent ſed quod nos errantes faciunt. in ſole eni & luna omnibus noticia eſt ortus & occaſus ideo quia ſol & luna directo curſu eunt.iſte uero retro gradæ & anomalæ efficiuntur.precedunt uel an tegradiuntur dum motum conſuetum facere ui dentur & aliqui preter conſuetudinem precedūt Remouetur uero uel retrogradiuntur:dum mo tum conſuetum agere uidentur & aliquid preter conſuetudinem remorantur.Stationem faciunt quia dum ſemper mouentur:in aliquibus tamē locis ſtare uidentur:ſtellæ planete quinque a gre cis ſic dicuntur phaeton.plenonta. Spiriona ſpe nis & ſtilbon. hos romani deorum ſuorum no minibus ſacrauerunt ideſt Iouis.Saturni.Martis Veneris.Mercurii.Caliſto lycaonis filia a iuno ne fabuloſe in urſam cōuerſa eſt:quæ græce ar ctos appellatur:& filius eius arctoſylax in ſeptem trionalibus ſtellis tranſlati: horum igitur aliorū que ſignorum ſuperſtitioſe obſeruantiæ quæ ad cognitionem ſyderum coniunguntur ideſt noti ciam futurorum & fidei noſtræ ſine dubitatione contraria ſunt:& a chriſtianis ſic ignorari debent ut nec ſcripta uideantur.Sed nonnulli ſyderum pulcritudine & caritate illecti in lapſus ſtellarum cæcata mente corruerūt:ita ut ſuputatione no xia quæ matheſis dicitur:euentus rerum preſci re conentur:quos non ſolum chriſtianæ religio nis legis doctores ſed etiam gentilium plato ari ſtoteles atque alii ueritate rerum commoti con/ cordi ſententia damnauerūt dicentes confuſio nem rerum,potius tali perſuaſione generari. Et quamuis non fuerint cæleſti ſapientiæ diditi:ue ritatis tamen teſtimonio errores eorum pretu lerunt.

Stellio genus lacertæ a colore dictus Eſt enim cor pore picto lucentibus guttis in modum ſtellarū.

Stellio animal modicū uenenatū ſimile lacertæ.

Stema græce corona.generis nobilitas:hoc ſtema
Sſtematis
Stema genealogia generationis computatio uel
filum . quo ligabatur ſacerdotum capita ꝓ coro
na:unde & dicitur.
Stemata ornamēta regalia uel ſigna generoſitatis
Stenio ciuitas:inde ſtenianus Sicut capania capa
nianus.
Steniphiaci ideſt umacia.
Stenno interpretatur debilitas.
Stercus a ſtercutio dicitur.hunc quidam dicunt
ſtercutiū.
Stercorandi agri rationem quidam nomine ſter
cutius primum induxit:hunc quidam ſaturnū
putauerūt:ut magnam illi nobilitatem facerēt.
Stercorare eſt lætamine aſpergere.
Stercus autem dictū uel quia ſternitur ī agris.uel
quia extergi oporteat quicquid in ciuitate ſor
dium redundat:ſiue quod uerius eſt a ſtertēdo
qui & ſtercucius dictus eſt idem eſt & fimus qđ
uulgo lætamen dicitur
Steretica græce priuantia.
Stereon græce ſolidum corpus latine.
Sterilis infecundus defætus aridus nullū ferēs
fructum.
Sterile infructuoſum dictum ſtet.
Sterilitas tatis infæcunditas.
Sterilum barba de capra.
Sterium ſtatio.i.ſolitarii habitatio.
Sterixin græci uocant cum in apoſtemate dolor
ſe figat.& firmet in uno loco
Stero firmo.
Sternaces pauidi.
Sterno nis unde dicitur ſtratum:ſtramen ſtrages
ſtramentum.Componitur proſterno:ſubſtreno
inſterno conſternor aris.
Sternit deiicit æquat:interficit diſiūgit.
Sternutamenta ſternutationes.
Sernutatio ē cum inflatio ſurgit a pectore:q̄ cum
apertos ad emanandum poros non iuenit: cere
brum tangit:& congeſta per nares exiens totū
caput ꝓtinus cocutit.
Sterpie cauda ſerpentis.
Sterpopolus.R. polium campeſtre.
Sterqlinium locus ſtercore plenus.
Sterquilinium dictum eo:quod ſtercore liniatur:
& inficiatur.
Stercouū cōſtat heptametro catalectico:ut æacidaſ
trahit uenus hectora plangit:pergama troes.
Stertere raucaſ uulgo dicitur Eſt autē dormiēdo
flatum ꝑ nares emittere & ſonare.
Sterto tis tui deficit ſupino
Stibium ceruſa ceruleo colore:quo mulieres ſup
cilia ornant:uel ſuperinducunt.
Sticea uel ſtiga tunica.
Sticioſus mitiſſimus.
Styga palus:inferni palus:
Styguis rex quem poetæ in inferno regnare cre
debant.
Stigmata ignea puncta ſigna plagaꝝ.hoc ſtigma
matis.
Stigma coctura igneorum uulnerum ſignum cica
trix:cauſterium.
Stila eſt gutta:quæ cadit:ſed hoc intereſt dum ſtat
uel pendet quaſi glutinoſia dicitur gutta.dū ue
ro ceciderit ſtilla eſt.Quare palemon uincētinus
in ſignis grammaticus ut eſt apud Euſebium cæ
ſarienſē: a quodam interrogatus quid inter ſtil
lam & guttam intereſſet:gutta inquit ſtat : & ſtil
la cadit hinc & ſtillicidium quaſi ſtilla cadens.
Stiria enim græcum eſt ideſt gutta:unde fit ſtilla
diminutiuum.
Stillicidium ideſt guttæ cadentes de tectis : unde
fit ſtilla.
Stilbon mercurii ſtella a paganis dicitur uelocior
cæteris planetis ita ut ſeptem diebus ſuos meet
circulos.
Stillio a ſtellis maculatum quas habet dictus.
Stillio qui & ſtellio dicitur.
Stilus graphium:quo in tabulis ſcribitur : poni/
tur etiam pro ipſa ſcriptura:quæ ex eo fit uel ali/
quid longum & acutum. quia ſtilos græce lon\
gum:inde graphium ſcriptura eloquium.
Stili ſudes acuti.radii calami.
Stili ideſt figuræ deſcribendi tres ſunt cum uerbo
